ARCHIVES
48

Ce registre est la 4e après les 45.
Il renferme du 9bre 1755 au 29 juin 1760.

ARCHIVES
48

Nos Universitatis Parisiensis Ex-Rector, Rectorio munere actu defungentes huncce Commentariorum Academicorum Codicem, centum folia seu ducentas paginas continentem quo noster utatur Scriba, recognovimus, appositâque nostrâ Syngraphâ approbamus

fourneau Ex-Rector.

MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE BUREAU DES ARCHIVES

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE.

Acta, Commentarii, Conclusiones Universitatis Parisiensis Sub Decursûs finem Anni millesimi Septingentesimi quinquagesimi-quinti.

Anno Dni 1755, die octavâ Novembris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Ex-Rectorem in Grassinæo.

1° Accessit M. Ludovicus-Antonius LeVacher ad Comitia per accensum publicum vocatus, videlicet ut Senatûs-Consulto lato die 6ª Septembris proximè elapsi debitum obsequium præstaret. Declaravit Amplissimus Ex-Rector sibi satisfecisse quòd his in Comitiis se stiterit Magister LeVacher; ipse verò indulgentiâ sibi ultrò oblatâ uti noluit, hoc unum postulavit ut absentibus etiam duobus Decanis et Syndico præfato Senatûs-consulto sibi liceret obtemperare. Annuit Amplis. Ex-Rector. itaque præsentibus Sapientissimo Theologiæ Decano et Ornatissimis quatuor Procuratoribus Magister LeVacher duobus Normanniæ Advocatoribus togâ suâ indutis hinc et indè stipatus declaravit se agnoscere Magistrum fourneau virum probum et in exercendo Scribæ Universitatis munere fidelem. Cum verò ipse innuisset id à se fieri ex necessitate obediendi, sua quæ jura, ut aiebat reservari petiisset, sua etiam reservata velle Amplis. Ex-Rector palàm contestatus est.

2° Supplicârunt pro litteris Nominationis juxe Magisterii artium et quinquennii Magr. Jacobus Macdonogh, Presbyter Laonensis in Hibernia, Philosophiæ Professor celeberrimus in Sorbonæ-Plessæo, Joannes-Baptista François, Presbyter Ambianensis, Josephus Girard, Diaconus Claromontensis, Michaël-Joannes-Ludovicus Bouillet, Diaconus Biterrænus, Lazarus-Augustus Picard, Subdiaconus Altissiodorensis, Paulus Henricus Laurent, Subdiaconus Ambianus, et Joannes-Baptista-Franciscus Darcourt, Clericus Noviodunensis. Audito Meritissimo Syndico, Placuit sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

3° Lecta sunt et recognita quæ superioribus Comitiis acta

fuerant et Statuta.

4° Probata fuit reliquæ partis domûs Sanjacobææ conductio ab honesto viro Millet, pacto pretio mille et quinquaginta libellarum annuæ pensionis, et ab omnibus fuit Subscripta.

5° Quòd exposuit fidelissimus Quæstor imminere Martinalium tempora quibus sopitus dissidiorum ignis erumperet, nisi ad Sententiam communem accedat Venerandus Ordo, rogatus est Ornatissimus Normanniæ Procurator Comitia Nationis Suæ quàm primùm convocet, de intercessionibus suis relaxandis deliberatura. Annuit Ornatiss. Procurator; atque hæc provincia Meritissimo Syndico demandata est, ut, nisi ab intercessionibus suis recedat Venerandus Ordo, rem communem ipse Tribunalis academici nomine deffendat ac promoveat.

Atque ita super his quinque capitibus ab Amplissimo Ex-Rectore fuit conclusum.

Fourneau Ex Rector.

Anno Dñi 1755, die Sextâ Decembris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, apûd Amplissimum Ex-Rectorem, in Grassinæo.

1° Supplicârunt pro Litteris Nominationis jure magisterii Artium et Quinquennii M. Stephanus Laurentius Maillet Subdiaconus Trecensis, et M. Petrus Houssart Presbyter Noviomensis; de quibus retulit M. Guerin Syndicus ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tum Professorum quos audierunt testimonia, ex quibus constat de legitimo studii tempore; in quibus omnibus nihil desiderari, nisi quòd testimonia M. Lefevre Theologiæ Professoris in Sorbonâ, majori de causâ absentis non protulit M. Houssart Audito Syndico Sua Supplicibus postulata concedi placuit, eâ lege ut M. Houssart non expediantur litteræ quinquennii, nisi quæ desunt testimonia attulerit.

De Supplicibus priùs quam Sententiam diceret M. Asselin de Vaullegeard Normanniæ Procurator, quam Superioribus in Comitiis declarationem instituerat eandem ipse renovavit, iisdemque verbis. Cum verò objiceret Amplissimus Ex-Rector, cavendum esse ne ex tot congestis contestationibus aliquid detrimenti patiatur publica res, videlicet ne Supplicantium pro litteris Nominationis Sors et conditio certa minùs ac rata esse videatur; declaravit idem Procurator se ita contestari et actionis Suæ jura reservare, ut tamen de autoritate Tribunalis Academici et eorum quæ his in Comitiis geruntur nihil detractum esse velit.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant Superioribus in Comitiis acta et Statuta.

G. D. PARIS P. P. EX. 2 SOLS

3° Quòd postremis in Comitiis rogatus fuerat Normannicæ Nationis Procurator, ut ejusdem Comitia extra ordinem convocaret, ab eâ Tribunalis Academici nomine postulaturus ad sententiam communem accedat, et quas ipsa habet intercessiones de rationibus Academicis à fidelissimo quæstore redditis die 28ª Aprilis 1755. pro bono pacis relaxare velit. Dixit idem Procurator, non convocata fuisse extra ordinem Comitia, ordinariis proximè imminentibus: in his verò latam fuisse Conclusionem, quam ipse legit, sed non deposuit. — Declarabat Venerandus Ordo, primum, propositam Tribunalis Academici nomine pacis ineundæ conditionem, præfatas nempè intercessiones deserendi, et purè ac simpliciter, ut aiunt, relaxandi, sibi non videri acceptandam. Alterum, quod non semel ab eodem ordine propositum est, velle iterùm atque iterùm proponi, ut consulantur singuli Ordines Academici de controversiis circa rationes Academicas exortis, res que eorum judicio permittatur. Auditâ Venerandæ Nationis Conclusione, re in deliberationem missâ, Sapientissimus Theologiæ Syndicus M. Gervaise dixit, Supremi Senatûs autoritate cautum esse, ne habeantur Comitia Sacri Ordinis, ipsum itaque de rationibus Academicis impræsentiarum consuli non posse; Cæterum, sibi videri standum esse conclusionibus latis diebus 1ª et 21ª Maii proximè elapsi, ut Academicarum rationum negotium, quod omnibus Ordinibus simùl sumptis commune est, communi Universitatis nomine à Syndico ejus M. Francisco-Nicolao Guerin, promoveatur ac deffendatur, in quam sententiam descenderunt Deputati omnes, excepto tamen Picardicæ Nationis Procuratore.

4° Ad diem martis decimam tertiam hujus mensis indictæ sunt generales Universitatis Supplicationes, ob faustum Serenissimi Provinciæ Comitis ortum extra ordinem convocandæ, eodemque apparatu celebrandæ, quo nascentibus Serenissimis Aquitaniæ et Biturigum Ducibus.

5° Appellata est causa Cardinalitia præsente ac requirente M. Baudoin Magno Cardinalitii Magistro; non comparuit M. de Brye, neque quisquam ejus nomine.

Atque ita super his quinque Capitibus, audito priùs Syndico, conclusit amplissimus Ex-Rector

Fourneau Ex Rector.

8. Decemb Die Lunæ octavâ ejusdem mensis decembris, amplissimus Ex-Rector et Præclara artium Facultas, more antiquo, interfuerunt solemni Sacro apud Fratres Prædicatores./.

10. decemb. Anno Dñi 1755., die decimâ decembris, habita fuit Comitia Centuriata Universitatis, in Mathurinensi, propter faustum Serenissimi Provinciæ Comitis, extra-ordinario ritu convocata.

Primùm in angulo consessum est, ubi, factâ supplicandi potestate supplicarunt pro litteris nominationis juris Magisterii artium et quinquennii M. Joannes Baptista Bernard, Clericus Parisinus et M. Abrahamus Lévesque Presbyter Vagiensis, de quibus retulit M. Guerin Syndicus ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum quos audierunt testimonia, quibus constat de legitimo studii tempore ab iis ritè confecto; ceteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari; audito Syndico, sua præfatis supplicibus postulata concedi placuit.

Accessit ad Sacramentum novus Librarius, unus ex adjunctis præsentatus, Simon-Petrus Bardi.

Deinde ventum est in Comitium, ubi postquam peroravit amplissimus Ex-Rector, omnes ordines grata et rata habuerunt quæ gesta sunt in hoc trimestri Magistratu, eoque nomine litteras ipsi decrevere commendatitias, simul que præbuere amplissimum Comitatum ritè procedenti ad ædem Deo Sacram B. Genitricis Dei Mariæ de Monte Carmelo, apud SS. Carmelitas Majoris Conventûs, indeque redeunti.

Ibi Sacris operatus est S. M. N. Dñus Legaré, Doctor Theologus: Peracto Sacrificio Cantatus est Hymnus Eucharisticus Te Deum: habita non est Concio ad populum; Eucharisticam ad Pontificem habuit M. Stephanus Lieutaud Grammaticæ Professor in Grassinæo./.

Fourneau Ex-Rector./

16. decembr Anno Dñi 1755., die decimâ Sextâ Decembris, habita fuit Comitia generalia Præclaræ artium Facultatis in Mathurinensi.

Post habitam ab amplissimo Ex-Rectore orationem, quæ palam declarabat, quibus ipse causis adductus fecerit, ut, abdicato à Cl. M. Alexandro-Hya. Dulaurens de la Barre Rectoratu, honorificum sanè sed gravissimum onus in se susciperet, suis in Comitiis aliis humeris imponendum, factâ supplicandi

Le Jarle potestate, Joanneo-Nicolaus-Ludovicus Le Jarle, Acolythus Meldensis, ut nomen clericis nominibus suis adjiciatur in omnibus Catalogis petiit: Supplicarunt autem ut sint immunes à describendis libellis philosophicis Laurentius Michael

Eon de Cely Eon de Cely propter insignem pectoris dolorem, quod scripto testatur M. Le hoc Doctor Medicus Parisiensis: Carolus-Augustinus Coulomb, Ingolismæ ob tenuem valetudinis habitam et frequentem sanguinis è naribus fluxum,

Coulomb. testante M. La Virotte Doctore Medico Parisiensi: Carolus-Ludovicus-Maria

Francois de Toult, Noviomensis, ob visus brevitatem, testante M. de la Sourdiere Doctore Medico Parisiensi: Joannes-Baptista Boisart, eandem ob causam, eodem testante: Ludovicus-Simo Martineau, Senonensis, ob pectoris infirmitatem, testante eodem: Joannes-Jacobus Farjonel, propter Brachii dextri et manus paralisim, quod scripto testatur M. Bouvart Doctor Medicus Parisiensis: Laurentius ô Connor ob pectoris infirmitatem, quod scripto testatur M. Hosly Doctor Medicus Parisiensis.

Francois de Toult
Boisart
Martineau
Farjonel
ô Connor

Audito de his supplicibus meritissimo syndico, amplissimus Ex-Rector dimisit nationes, ut de iis deliberarent, confirmarent que quatuor viros privatis in comitiis electos, simul que petiit, ut rata et grata haberentur quae tum ab amplissimo Rectore, prioribus hujusce trimestris magistratus diebus, antequam Rectoratum abdicaret, tum à se posteriori tempore gesta sunt, et utrique litterae commendatitiae decernerentur.

Dimissae nationes ad deliberandum, ac deinde Reversae per singulos Procuratores retulerunt, se indulgere omnibus supplicibus: Confirmare Quatuor-Viros, nimirum, in honorandâ natione M. Le Clerc, Baccalaureum Theologum; in fidelissimâ Mgrum Turquet, Philosophiae Professorem in Dormano-Bellovaco: in Venerandâ, M. Guardin du-Mesnil, litterarum Professorem, in Loxovaco; in Constantissimâ Mgrum Kinck, Baccalaureum Theologum, honoranda et Constantissima se rata et grata habere quaecunque gessere in hoc trimestri Magistratu Utraque vir amplissimus Rector et Ex-Rector, et utrique Litteras commendatitias libenter decernere; Et ita conclusit amplissimus Ex-Rector, omissis fidelissimae et Venerandae nationis tum exceptionibus, quod fasces Rectorios resumpserit; tum gratiarum actionibus, quod summâ cum laude susceptum ab amplissimo Rectore maximi momenti negotium, de vicesimâ illâ Conductorum Nuntiatuum Regni Gallici parte, à Rege augustissimo Universitati Parisiensi in institutionem gratuitam concessâ, et infeliciter resecatâ pari studio ac labore ita promoverit, ut certa spes affulgeat, Regem optimum sua Primogenitae suae filiae postulata esse concessurum.

Quatuor-Viri, dicto prius sacramento inter amplissimi Rectoris manus, conclave subierunt, unc digressi per M. Turquet retulerunt, à se unanimi suffragiorum consensu, electum esse in Rectorem Virum Clarissimum Magistrum Franciscum-Michaëlem Le Bel, Licentiatum Theologum, ac Socium Sorbonicum, Eloquentiae Professorem in Mazarinaeo. Quae quidem electio ab omnibus Nationibus statim probata et confirmata est.

Deinde accessit novus Rector Togâ rubrâ indutus, ac proestito sacramento, rita antiquo ab amplissimo Rectore inauguratus est: moxque, habita ad Praeclaram artium facultatem Oratiunculâ, deductus est ad aedes suas Mazarinaeas./.

Fourneau Ex-Rector.

17. decem.

Incipit Rectoratus M. Michaëlis Franc. Le Bel. Rhet. Professoris in Mazarinæo.

Anno dñi 1755., die decimâ-Septimâ decembris, horâ Septimâ matutinâ, habita sunt in Maturinensi Comitia Deputatorum Universitatis à nouo Rectore pro more indicta ad ipsius sive instructionem, sive confirmationem.

Postquam peroravit clarissimus Ex-Rector, ad latus amplissimi Rectoris sedens, audito M. Guerin Syndico, omnes tùm Sapientissimi Decani tùm ornatissimi Procuratores dixerunt se gratam et acceptam habere Electionem Viri Clarissimi M. Francisci-Michaëlis le Bel in Rectorem, ei que operam et Consilium polliciti sunt.

Et ita Concluſit amplissimus Rector.

Lebel
Rector

Index

Officiariorum, sive Majorum, sive minorum,
Consiliariorum, beneficiatorum,
Et clientium Universitatis Juratorum
per decursum anni 1755. receptorum.

officiarii Majores.

Die 20. Junii, Magister Franciscus-Nicolaus Guerin, antiquus Academiæ Rector, dicto Sacramento, missus fuit in possessionem Syndicatûs, officium illud abdicante M. Jacobo Vallette Le Noeux. Guerin.

Beneficiati.

Nullus.

Consiliarii

Nullus.

Apparitores.

Nullus.

Librarii

Die decimâ Mensis decembris Sacramentum præstitit Simo-Petrus-hardy. hardy.

Sapetarii

Nullus.

Pergamenarii

Nullus.

Religatores

Nullus

Magni Nuntii

In honorandâ Natione.

Die decimâ-Sextâ mensis decembris, Joannes-Baptista-Ludovicus Le Doux, e Natio Gallicana contulerunt Joanni-Ludovico Chapuis Lavaux Chapuis.

civi Parisiensi, munus et officium Nuntii-Jurati pro diœcesi et Episcopatu Varausensi, vacans per obitum Antonii-hyacinthi de Mainville, Civis quoque Parisiensis.

In fidelissimâ natione

Nullus.

In Normanitâ natione.

Avranches Le Pitois

Ludovicus-Antonius Le Vacher, et Natio Veneranda, die decimâ octobris, contulerunt Petro Le Pitois, Civi Parisiensi, munus et officium Nuntii-Jurati Universitatis, pro diœcesi et Episcopatu Abrincensi, vacans per obitum Joannis Levé, civis quoque Parisiensis.

In Germanicâ natione

Glasco de Bellemare

Die decimâ Sextâ mensis Martii, Michaël Dally et Natio Germanica contulerunt Claudio-Francisco de Bellemare, civi Parisiensi, munus et officium Nuntii-Jurati pro diœcesi et Episcopatu vacans per obitum Victoris-Alexandri de Mailly-Rubempré, civis quoque Parisiensis.

Die vigesimâ-quintâ mensis decembris, Josephus Gentil, et Natio Germanica contulerunt Nicolao d'herbercourt, civi Parisiensi munus et officium Nuntii-Jurati, pro diœcesi et Episcopatu Elphinensi in hyberniâ, vacans per obitum Caroli-Andreæ Genneau, civis quoque Parisiensis.

Burneau

Univ. et præcl. art. fac. Scriba

Anno dñi 1755. die tertiâ Ju

Acta
Commentarii, Conclusiones
Universitatis Parisiensis
per decursum
Anni millesimi-Septingentesimi quinquag=
=esimi-Sexti.

Anno Dñi millesimo Septingentesimo quinquagesimo Sexto, Die Decimâ mensis Januarii, habita fuit Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Mazarineo. Quibus in Comitiis Consederunt ipse amplissimus Rector DD. Franciscus-Michaël le Bel, M. Joannes-Clemens Gervaise, Theologiæ Facultatis Syndicus, Decani Locum tenens: M. Ludovicus Thomassin, Consultissimæ Facultatis Decanus; M. Joannes-Baptista Ludovicus Chomel Laluberrimæ Facultatis Decanus: M. Stephanus Moreau, Galliæ; M. Dupressoir, Picardiæ; M. Castelez de Vaulegeard, Normaniæ: M. Josephus Gentil, Germaniæ Nationis, Procuratores: M. Francisco-Nicolao Guerin Syndico, seu Procuratore Generali: M. Guidone-antonio Fourneau, Scribâ: M. Paulo Hamelin, Quæstore generali. 10 Januar.

Nullus accessit Supplex.

Lecta et recognita fuit quæ fuerant superioribus Comitiis acta et Statuta.

Lebel
Rector

Die vigesimâ-octavâ ejusdem mensis Januarii, Amplissimus Rector et Præclara artium Facultas interfuerunt Solemni Sacro, quod ad memoriam D. Caroli-Magni in ædæ navarricâ celebrari solet ex institutione Viri Clar. Cæsaris Egasii Du Boulay. 28. Janu.

Die Jovis vigesimâ-nonâ, majores Universitatis officiarii cereos pro more detulerunt minoribus Magistratibus. 29. - - -

Die Veneris trigesimâ, Amplissimus Rector, Decani, Procuratores, cum adjunctis, Officiariis Majoribus, omnibus que apparitoribus cereos detulerunt Serenissimo Aurelianensium Duci, Illustrissimo Franciæ Cancellario, Singulis que Supremarum Curiarum Principibus. Unus adfuit Summus Regiarum rationum Præses. Cereus apud Illustrissimum Archi-Episcopum Parisiensem, per Majores officiarios delatus est; et apud ostiarium relictus. 30. - -

Die Sabbati trigesimâ-primâ, iidem Amplissimus Rector, Decani, Procuratores cum adjunctis, officiariis majoribus, omnibus que apparitoribus contulerunt se Versalias: ibi que cereos Regi, Reginæ, Serenissimo Delphino, augustæ que conjugi obtulerunt. Ubique amplissimus Rector, elegantes, ut solet, peroravit; Visæ que sunt ejus orationes augustis auditoribus probari. 31. - - -

Eadem die, amplissimus Rector eodem apparatu ac comitatu adiit ad Illustrissimum Comitem D'argenson, summum rei Bellicae administrum, et ad Virum Clarissimum D.D. de Seychelles Regii aerarii praefectum: utrique gratias egit amplissimas, propter navatam egregie operam, in amplificandâ vicesimâ illâ Conductorum Nuntiatuum parte, quam Rex optimus in institutionem gratuitam Praeclarae artium facultati concessit; quae multis ab annis laborat, quam que Regia aequitas ad summam vigilti millium libellarum voluit adaugeri. Praeclarum sane difficillimis temporibus beneficium, quamvis tenue, in tot divisum capita, esse videatur, sed eo jucundius, quod, ita palam declarantibus Regni administris, spem melioris Conditionis non resecet./.

3. Febr. Die Martis tertiâ Februarii, ejusdem anni 1756, Amplissimus Rector et Praeclara Artium facultas interfuerunt solemni sacro, quod fit, pro Magistris Academicis, vitâ defunctis, apud fratres Praedicatores./.

Fourneau
Univ. Scriba.

7. Febr. Anno dni 1756. die septimâ Februarii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem; in Mazarinaeo./.

1º Supplicarunt pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et Quinquennii, M. Petrus armandus Bretocq, clericus Lexoviensis: M. Joannes-Petrus Acher, subdiaconus Rothomagensis; M. Nicolaus hyeronimus le Cousturier, Presbyter Parisinus: M. Jacobus de l'homme, - - - ebroïcus: M. Stephanus faure, clericus Tricassinensis: M. Fidelis-Franciscus-Susanna Le Mercier de Montigny, acolythus Rhedonensis; de quibus retulit M. Guerin Syndicus ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum quos audierunt testimonia, ex quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse rité confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari, nisi quod M. Le Mercier de Montigni, litteras testimoniales M. Le fevre, Theologiae Professoris in Sorbonâ, majori de causâ absentis, non exhibuerit. Audito Syndico, sua praefatis supplicibus postulata concedi placuit, litteras tamen M. le Mercier de Montigni non expediri, nisi ab eâ die, quâ quae desunt testimonia protulerit./.

2º Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus Comitiis acta et statuta./.

3º Probata est tabula Virorum Academicorum qui tributum Regium

virtutum impositum apud Basilicam Urbis singulis annis solvere tenentur. /.

4° Appellata est tertiùm Causa Cardinalitia. M. de Brye actor, quanquam ter vocatus, quanquam, dato per accentum publicum vadimonio, ipse in jus vocaverat Magnum Cardinalitii magistrum, hanc quæ ipsam diem Septimam februarii indixerat, non comparuit, neque quisquam ejus nomine; Igitur M. Baudouin, Doctor Theologus et Magnum Cardinalitii Magister comparens postulavit, dari sibi actum decerti ab adversâ parte vadimonii, et in emolumentum adjudicari sibi suas petitiones; nimirum, ut, quoniam in examine, juste Tribunalis academici confecto, præsentibus duobus Viris academicis ab eodem Tribunale deputatis M. de Brye capax et habilis non fuerit repertus, præsentatio in ejus favorem facta à V. C. D. Marchione de Montebise irrita et pro nullâ habeatur. Audito M. Guerin Syndico, re in deliberationem missâ, Censuerunt omnes, dandum esse M. Baudouin, Magno Cardinalitii Magistro actum decerti ab adversâ parte vadimonii, et in emolumentum suas ei petitiones adjudicandas ac consequentem præsentationem à D. de Montebise in favorem M. de Brye factam, pro nullâ habendam. /.

5° Quod exposuit meritissimus Syndicus V. C. et Academiæ nostræ amantissimum M. Chevalier, Doctorem Theologum, Antiquum Lexovii Primarium, nunc Ecclesiæ Sancti Honorati Parisiensis Canonicum, quem testamenti sui executorem appellavit M. Collot, postulare, ut nominentur Deputati academici, qui mense Maio proximè elapso denuntiatum, et ab Academico Tribunali acceptatum quadringentarum et viginti libellarum annuum censûm legatum lege accipient: ita tamen ut, cum usuræ in Cursores Regios à Rege constitutæ sors Principalis proximè redimenda immineat, in locum unici Fundi instrumenti in Cursores Regios, testamento legati reditûs 420tt, duo in Basilicam Urbis constituta, quamvis libellis quinque minora, Universitatis nomine substituti annuant; atque omnia componant ad utilitatem et decus Academiæ. Audito Syndico, Placuit nominari eosdem Deputatos, qui priùs; videlicet, M. Franciscum-Nicolaum Guerin Syndicum, et M. Paulum Bamelin, Quæstorem; iisque fieri potestatem 1° ut Legatum quadringentarum et viginti libellarum annuum et perpetuum censûm in Cursores Regios à Rege constitutî, ornanda et amplificandæ Fundi Academicorum distributioni à V. C. M.

Bernardo Colla, dum viveret, in Præclarâ artium facultate Professore emerito, Tribûs Parisiensis in honorandâ natione Decano, et Ecclesiæ Metropolitanæ Parisiensis Canonico-honorario consecratum acceptent, iisdem conditionibus, quibus legatum M. le Gendre acceptatum est. 2º ut summam quadringentarum et viginti libellarum ex fœnoris instrumento in Cursores Regios, quadringentis et quindecim libellis annui et perpetui censûs in urbis Basilicam commutari annuant; eâ lege tamen, ut ne Academiæ alumnis noceat, quod decurtatur: id verò, ita annuente ac postulante M. Paulo hamelin Quæstore, de summâ viginti libellarum academicis Quæstoribus ex testamento persolvendâ annuatim distrahatur. Præterea, de exactione legati, placuit rogari eosdem Deputatos, omnia sic componant, non modo ne irrita cadat pii fundatoris liberalitas: sed etiam, ut sit litteris adeòque Religioni et Reipublicæ utilior: neque tamen de eâ quidquam statuant, nisi re priùs cum Tribunali academico communicatâ./.

6º Quòd exposuit fidelissimus Quæstor, de communitate Sæ Barbaræ, placuit novum iniri conductionis instrumentum, atque iisdem conditionibus, et quidem eo libentiùs, quòd exposuit idem quæstor sibi ab hujusce communitatis procuratore traditas fuisse in manus permutatorias schedas, ex quibus bonum nomen academiæ transigitur./.

Atque ita super his sex capitibus, audito priùs M. Guerin Syndico, conclusit amplissimus Rector./.

Lebel
Rector

6. Mart. Anno dñi 1756., die Sextâ Martii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo. Primùm interfuit M. Lorry, novus Consultissimæ facultatis Decanus.

1º Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii, M. Joannes-Baptista Moullé Diac. Parisiensis; M. Joannes-antonius Saltel Presbyter Ruthenensis: M. Mathurinus-Georgius Girault Presbyter Corisopitensis: M. Petrus Billard, Clericus aurelianensis: M. Carolus Bothrel de la Bretonniere, Diaconus Macloviensis: M. Carolus-Ludovicus-Josephus de Gargan, Diaconus ambianensis, de quibus retulit M. Guerin Syndicus ac dixit, se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum quos audierunt testimonia, ex quibus constat de legitimo studii tempore ab iis ritè confecto; cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari,

nisi quod M. de Gargant testimonia M. le Fevre, Theologiæ Prof=essoris in Sorbonâ, majori de causâ absentis, in sex menses, non exhibuerit. Audito Syndico, Placuit Sua præfatis Supplicibus postulata concedi; Litteras tamen M. de Gargan non expediri, nisi ab eâ die, qua testimonia quæ desunt, attulerit./.

2°

Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus Comitiis acta et Statuta./.

3°

Quod exposuit M. Paulus hamelin Quæstor, eò rem venisse cum Illustrissimo Viro D.D. Daguesseau, domûs academicæ in Suburbio San-Germano-Pratensi emptæ, ut ipsi annuendum sit, quod petit; nimirum, Summa quatuor millium libellarum; aut vadimonium ipsi sit constituendum: Placuit, singulos ordines eâ de re consuli./.

4°

ad diem Veneris decimam-Nonam hujus mensis Martii, indictæ sunt generales universitatis supplicationes.

Atque ita super his quatuor Capitibus, audito priùs M. Guerin Syndico, conclusit amplissimus Rector./.

Lebel
Rector

Anno dñi 1756., die decimâ-Sextâ Martii, feriâ tertiâ Secundæ in Quadragesimâ Hebdomadæ, horâ Septimâ matutinâ, habita sunt pro more antiquo Comitia Universitatis, in Maturinensi, ad aperiendum Rotulum./.

16. Mart.

Audito M. Francisco-Nicolao Guerin, eoque requirente, Placuit ex sententiâ Syndici retineri antiquas Consuetudines, atque adeo Rotulum nominationum aperiri./.

atque ita conclusit amplissimus Rector./.

Lebel Rector

Eadem die, amplissimus Rector, Decani, Procuratores, cum majoribus Universitatis officiariis, omnibusque apparitoribus, in Sacellum Regiæ Navarræ se contulerunt, ad sigillandum.

Declaravit palàm M. Paulus hamelin universitatis Quæstor, rationes accepti et expensi per annum 1755. esse ex ordine dispositas, hujusque declarationis suæ actum petiit, quem ei concessit Amplissimus Rector. /. Lebel Rector

Anno dñi 1756., die decimâ-nonâ Martii habita sunt Comitia generalia et Supplicatoria Universitatis, in Maturinensi./

19. Mart.

Primum in angulo concessum est, ubi supplicarunt pro litteris Nominationis jure magisterii artium et quinquennii, M. Franciscus-Carolus Chevreüil Diaconus Corisopitensis; M. Ludovicus-Maria le Beau-Diaconus Parisinus; M. antonius andré, Diaconus Cabilonensis, M. Nicolaus Brehant de quibus retulit M. Guerin Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras magisterii, tum Professorum quos audierunt testimonia, ex quibus constat de Legitimo Studii tempore ab iis rite confecto; cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari; nisi quod M. Brehant litteras testimoniales M. le Fevre, Professoris Sorbonici, non protulit. Audito Syndico placuit sua supplicibus postulata concedi, litteras tamen M. Brehant non expediri, nisi quæ desunt testimonia attulerit.

Ibidem Sacramentum præstitit inter manus amplissimi Rectoris, Joannes Jacobus Samson, Parisinus, Librarius, ab honesto Viro D. præsentatus./

Ibidem, amplissimus Rector, Sapientissimi Decani et Ornatissimi Procuratores rogaverunt M. Lorri Consultissimæ Facultatis Decanum, Mgrum Guerin Syndicum, et M. Hamelin Quæstorem, ut adirent ad Venerabiles Canonicos Sanctæ Genovefæ, disceptaturi, quibus possit academia cautionibus domum San-Genovefanam indemnem facere, propter ventam ab honestâ DD. des-Granges domûs San-Jacobæanæ partem jugi Mancipio; ita non nisi certi ac cauti nummi ab eâdem Academiâ expendantur./.

Itum est deinde in Comitium, ubi amplissimus Rector graviter et facunde peroravit. Deinum, omnes Academici ordines grata et rata habuerunt quæcumque gessit in suo trimestri magistratu, ipsi que litteras commendatitias decrevere, simul que amplum Comitatum exhibuerunt rite procedenti ad ædem Deo sacram sub invocatione S. Ursulæ, in Sorbonâ.

Pontificem egit M. de Lorme, Doctor Theologus, et Senior Domus Sorbonicæ. Sacram concionem habuit ad populum M. Seconds, Doctor Theol. Socius Sorbon, Capic. Eccl. Coll. S. Steph. è gressib. Eucharisticam verò ad Pontificem M. Vicaire, Eloquentiæ Professor in Regiâ Navarrâ./ Lebel Rector

24. Mart. Anno dni 1756., die vigesimâ quartâ Martii habita sunt Comitia generalia præclaræ Artium Facultatis, in Maturinensi.

Bouillie Post habitam ab Amplissimo Rectore Orationem elegantissimam, factâ supplicandi potestate, supplicarunt M. Nicolaus Bouillie, ut ne sibi noceat, quod cum subdiaconus sit Sagiensis, in litteris Magisterii clericus

dicatur: M. Ludovicus-Maria-le Beau, Diaconus Parisinus, ut ne sibi noceat — Le Beau
quod in omnibus catalogis, cognomentum Maria, omiserit: Ut verò immunes
fiant ab onere scribendi libellos philosophicos, Adolphus-Claudius-Maria de — de Melun
Melun, clericus Meldensis, auditor D. Gigot in dexoreo, ob assiduum capitis
dolorem, quod scripto testatur M. Munier, Doctor Medicus Parisiensis: Antonius- — Pollet.
Pollet, clericus Lugdunensis, eiusdem Professoris auditor, eandem ob causam,
et eodem testante: Joannes-Franciscus-Josephus Aspelli, Audomaropolitanus, — Aspelli
ob pastoris infirmitatem; quod scripto testatur, M. Viellard, Doctor Medicus
Parisiensis: Ludovicus-Alexius de Maindave, Gratianopolitanus, eandem — de Maindave
ob causam, et eodem testante: Claudius Prudhomme — Prudhomme
ob causam, testante M. de la Soudiere, Doctore Medico Parisiensi./.

Audito de his Supplicibus meritissimo Syndico, amplissimus Rector dimisit nationes, ut de iis deliberarent, confirmarentque quatuor-Viros privatis in Comitiis electos; simulque petiit, ut rata et grata haberentur quæ gessit in suo trimestri magistratu, sibi que litteræ Commendatitiæ decernerentur./.

Reversæ nationes per singulos Procuratores retulerunt, se rata et grata habere quæ gessit amplissimus Rector in suo trimestri Ma-=gistratu et litteras commendatitias decrevere: indulgere omnibus Supplicibus, eâ lege, ut Aspelli, de Maindave et Prudhomme litteras testimoniales Professorum quos audiunt, afferre curent: Confirmare Quatuorviros manè electos, in honorandâ Natione M. Guimbert, Grammaticæ Professorem in Sleolæo: in fidelissimâ, M. le Bon, Grammaticæ Professorem, in Marcinico: in Venerandâ, M. Lemilliard, Baccalaureum Theologum: in Constantissimâ M. Bresson, antiquum Marchiani Primarium: Postalare insuper, ut elegantissima amplissimi Rectoris oratio, in Commentariis Universitatis inseri-=batur./.

Quatuor-Viri dicto prius Juramento inter amplissimi Rectoris manus Conclave subierunt, unde digressi per M. Le Bon retulerunt, se fasces Rectorios Amplissimo Viro Michaëli Francisco Le Bel, prorogasse. Quæ Prorogatio data ab omnibus ordinibus Comprobata et Confirmata fuit./.

Et ita concluxit amplissimus Rector. Lebel Rector

= Oratio Amplissimi Rectoris =

Ex quo tempore nos ad Rectoriam dignitatem evexistis, primas nos debere Cogitationes eò convertere putavimus et Labores conferre, ut ea censûs nostri parva pro jure nostro augeretur, quæ in generali nuntiatura

redemptione constitata est. Igitur negotium illud, tam justè susceptum, tam opportunè inchoatum, tam studiosè et prudenter tractatum, tam strictè tam luculenter tam nervosè in memoriali libello expositum promovimus impigrè atque indefessâ operâ eum ad finem perduximus, quo si optari exitus felicior posset, si posset aliàs justior expectari, sperari tunc laetior vix poterat, ob imminentis minas belli, et dissipatos passim de eo non jam incertos rumores. In hoc vero cum plurima alia sunt, tam praesertim tria, quae summâ nos voluptate et laetitiâ afficere debent, nostrasque in posterum tempus spes erigere. Primum quidem, quod non vox publica tantum postulationem nostram ut pote justissimam praedicaverit, communia que proborum omnium studia causam academiae commendatam fecerint, sed et suo eam praevidio dignissimam habuerint, qui altiori è fastigio dignitatum eminent, Regio è sanguine inter Principes, Magistratus, Regni Administros, Ecclesiae Praesules. Alterum, quod Vir Illustrissimus, Regii Praefectus aerarii. D.D. Moreau de Seychelles, cum ipsi amplissimo academiae comitatu gratias egimus, hinc nobis testatus fuerit, recens beneficium ab optimo Rege protinus et summâ voluntate fuisse concessum: illinc ipse suam ergâ Universitatem et Universitatis singulos ordines benevolentiam officiosissimis verbis, hilari fronte, et paterno affectu, et se oblatis quibuslibet occasionibus de Nobis egregiè et toto animo meritorum esse pollicendo, significaverit. Tertium tandem, quod faustissimo et Galliae et speciatim academiae fato, recens socero Illustrissimo in aerarii Regii summâ inspectione adjunctus Vir Illustrissimus D.D. Peyrenc de Morat, qui nostram benevole causam suscepit, adjuvit potenter, fovit fideliter, cum nos exciperet benignè, alloqueretur urbanissimè, propensioris que animi sensus expromeret; haec verba adjecerit: "Cuperem ut nova accessio "major esset; at in praesenti difficultate temporum et asperitate, donum illud "Regium magnum quiddam est." Caeterum id inest commodi, quod in posterum "paenes vos futurum sit jus vestrum rursus ostendere, et novum incrementum "confidenter postulare.

Si, dum eos commemoramus quorum Patrocinio acceptum partim referre debemus, quod nobis beneficium collatum fuit, duos fratres academiae amantissimos silentio praetermitteremus, qui egregiam eo in negotio operam nobis dedere, Clarissimos Viros, alterum Procuratorem Regium in Castelleto Parisiensi, alterum in suprema Curia Senatorem, in Ecclesia Parisiensi Canonicum, Theologum Ill. Abbatem Moreau, quorum quidem merita non alio laudis genere à nobis melius efferenda esse arbitramur, quam si eos de Commodis nostris, non dicam aeque ac Nos, sed magis sollicitos se et anxios ostendisse praedicaverimus. . . .

Cum in hoc negotio opem suam pollicitus nobis esset, et reverâ, ut

certissimis ex signis et augurijs judicamus opem tulisse Illustriss. Comes Dagvesseau belli summus administer, obvius que nobis Regijs in aedibus, exciens è Regis cubiculo, factus esset, et statim cubiculum in Regium regressus, ne eum, quam ad Regem optimum habituri jam eramus, oratiunculam audiret: Salturos sapienter nos existimavimus, si postquam Regios Principes salutavissemus, eum convenissemus apud se, grates debitas persoluturi. Vix dici potest, quàm amanter, quàm officiosè, quàm honorificè nos excepit: eò ipsius benignitas processit, ut amicissimis verbis conquestus fuerit, quòd academia, cujus è gremio se professabatur esse et gaudebat, deserere ipsum ac negligere videretur: cùm Patrum nostrorum mos fuisset, ubi petebant Versalias solemni pompâ, veèndi ejus ibi aedem, atque ibi in aulâ ad id destinatâ se se apparandi: Sperare se, fore ut deinceps Academia se ad antiquam consuetudinem referat./. – –

Die quinta aprilis academia Parisiensis quatuor aestivibus vacta, adiit ad Illust. & D.D. Petrum de Morao Socero Illustrissimo in aerarii Regii praefecturâ decima à Rege designatum adjunctum. Ipsi primum, dein Galliae et academiae gratulatus est amplissimus Rector, oratione brevi, sed ornatâ et elegante./ Fourneaux Un-Sef. 4. Apr.

Anno Dni 1756. die tertia aprilis habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem, in Maturinea. absfuit Theologiae Decanus. Primum adfuit. M. Jacobus Geoghegan novus Germaniae Procurator. 3. April. 1°

1° Nullus accessit supplex.

2° Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus Comitiis acta et statuta. 2°

3° Quòd postremis in Comitiis dictum fuerat de petitionibus D. Dagvesseau referendum ad singulos ordines; retulerunt Sapr. Jurium et Medicinae Decani, et ornatissimi Galliae, Normanniae et Germaniae Procuratores ordinum suorum sententias; quae, quamvis verbis paululum disparis, in eo tamen congruebant, rem esse aequitati D. Dagvesseau permittendam. Itaque delegati sunt Sapr. Medicinae Decanus, ornatiss. Normanniae Procurator, Mes. Syndicus, et fidel. Quaestor, qui cum Viro Clarissimo singula controversiae capita expendant, et quod aequi bonique visum fuerit transigant.

4° Quod retulit Sup. Jurium Decanus, expensis Procuratoris Generalis Canonicorum Regularium S.ae Genovefae, sibi et fidelissimo Quaestori videri pariter, eidem annuendum esse quod petit: nimirum, numerandam quam primum eam pecuniae summam quae ex Jure indemnitatis San-Genovefianis ab Universitate debetur, ob emptam aliquot ab annis domum, in eorum dominio sitam. Audito Syndico, placuit sic numerari, ut primum resecetur ea pars, quae remitti solet: dein, cauti nummi expendantur.

5° Lecta et ab omnibus approbata est Epistola amplis. Rectoris ad Illustr. Rei bellicae administrum DD. Dargenson, de reformandis nonnullis capitibus quae cum anno 1746. Regis nomine praescripta fuissent, et anno proximè sequenti, reclamante universitate, reformata: nihilominus tamen exiguntur, ut Universitas, pro more antiquo, Juvenes academicos, si qui temerè dant militiae nomen, Scholaritatis privilegio repetere valeat: ac praesertim de eo capite quo statuitur, ut Scholarium academicorum Catalogi, apud Politiae Urbanae Pro-Praetorem deponantur: Cum Universitas, ab ipsâ suâ origine, suum semper habuerit, et etiamnum habeat tabularium, Regiâ autoritate confirmatum, unde acta quaecumque promanant publicae sunt autoritatis ac fidei.

Atque ita super his quinque capitibus, audito prius Syndico, conclusit amplissimus Rector. /. Lebel Rector

27. Apr. Anno Dni 1756., die vigesimâ septimâ aprilis, horâ septimâ matutinâ, habita est in Mathurinensi synodus Beneficiatorum Universitatis.

Postquam amplissimus Rector synodum aperuit, jussit primum accedere supplices, deinde appellari Beneficiatos.

1° Accessit supplex pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii M. Franciscus Constantin subdiaconus Genevensis; de eo retulit M. Guerin syndicus ac dixit se vidisse tum ejus litteras Magisterii, tum Professorum quos audivit testimonia, ex quibus constat de legitimo studii tempore ritè confecto, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, placuit suum ei postulatum concedi.

2° Beneficiatorum nomina à scribâ hoc ordine recitata sunt.

Pastores Ecclesiarum Parochialium.

M. Christophorus Bellot, Licentiatus Theologus, Pastor Ecclesiae Parochialis SS. Cosmae et Damiani.

M. Claudius Leger, Magister in artibus, Pastor Ecclesiae Parochialis S. Andreae ab arcubus. /

M. Joannes-Baptista-Antonius Cotelle, Licentiatus Theologus, Pastor Ecclesiæ Parochialis S. Germani Veteris, ab Universitate inter Majores Beneficiatos ultimò nominatus, designante Ven. Normannorum Natione.

Capellani.

M. Carolus Tabourin, in artibus Magister, Capellanus Capellaniæ B. Mariæ in Ecclesiâ Parochiali S. Andreæ ab Arcubus.

Capellaniarum Savoësianiarum

M. Carolus Franciscus Dufour, Sacri ordinis Decanus, Ecclesiæ Parisiensis Canonicus.

M. Petrus Stephanus Gourlin, Baccalaureus Theologus.

M. Andreas Pottier, Baccalaureus Theologus.

M. Franciscus Brenet, Baccalaureus Theologus, Grammaticæ Professor in Harcurio.

M. Joannes Clemens Gervaise, Regiæ Navarræ Summus moderator, Syndici vices-gerens, ab Universitate inter minores beneficiatos ultimò nominatus, designante et præsentante Sacro Theologorum Ordine.

Capellaniarum de Castelleto.

M. Petrus Meurice, in Utroque Jure Licentiatus.

M. Julianus Chabrun, Baccalaureus Theologus.

M. Petrus-Mathurinus Vaillant, Baccalaureus Theologus, et humanitatis Professor in Mazarinæo.

Capellaniarum de Thesauro Regio.

M. Franciscus Witasse de Fontaine, Licentiatus in utroque Jure.

Vir Venerandus Franciscus Montchablon, Pastor in diœcesi Catalaunensi.

Abfuerunt MM Tabourin, Dufour, Pottier fato-functus, Witasse et Monchablon: omnes, excepto M. Witasse, per me Universitatis Scribam, Sonticam absentiæ causam dedere.

Audito meritissimo Syndico, Primùm declaratum est, cum è vivis excusserit M. Andreas Pottier Capellanus, Sacr verò Theologorum ordo inter minores beneficiatos ultimò designaverit ac præsentaverit, Consultissimi ordinis vices recurrere. Deinde, placuit, Laudari præsentes, præsertim verò Vigilantissimos pastores; absentes, qui causam absentiæ Sonticam dedere, excusari, qui non dedit umletâ solitâ plectis.

Atque ita conclusit amplissimus Rector./.

Lebel Rector

8. Maii Anno Dni 1756. die octavâ Maii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem, in Mazarinaeo. abfuit Sap. Theologiae Decanus.

1º Supplicarunt pro litteris nominationis jure magisterii artium et quinquennii, M. Josaphat Ducoudray Presbyter Ebroicensis: M. Josephus Paillé, Presbyter Parisinus: M. Claudius-Joannes-Franciscus-Xaverius de Boullanger de Chaumont, subdiaconus Parisinus: M. Antonius-Josephus-Felix Muyssart Presbyter Tornacensis, de quibus retulit M. Guerin Syndicus ac dixit se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, ex quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rité confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari; nisi quod cognominum ordinem inverterit M. Antonius-Felix Josephus Muyssart: audito Syndico suum praefatis supplicibus postulatum concedi placuit; eâ lege ut M. Muyssart cognominum ordinem restitui curet.

Praetereà, supplicavit F. Claudius Jacquetin, Presbyter San florensis, nunc antiquioris observantiae expressè Professus, ut quas ab Universitate obtinuit nominationis ac Quinquennii litteras inter saeculares anno 1750. easdem ipsa jubeat sibi in ordine Regularium expediri. Audito Syndico, suum praefato supplici postulatum concessum est.

2º Lecta et recognita sunt quae fuerant postremis in Comitiis acta et statuta.

3º Quod dixit ampl. Rector ad se rescripsisse Illustrissimum rei bellicae administrum de conditionibus, quibus Universitas alumnos suos, si qui temerè dant militiae nomen, ~~repetere poterit~~; Lecta est et cum summâ grati animi significatione audita Viri Illustrissimi Epistola: eamque in Commentariis Universitatis, ad perpetuam rei memoriam, inscribi placuit.

4º Quod exposuit meritissimus Syndicus ad finem tandem adductum esse negotium illud Legati M. Bernardi Collot, de quo toties in hocce Tribunali Academico actum est; acceptatum fuisse legatum iis cautionibus, ne quid damni rebus Universitatis inde possit venturis temporibus emergere: Traditum fuisse fidel. Quaestori actum, caeteraque instrumenta, quibus constat, persoluta fuisse ea, omnia quae necessariò fuerunt impendenda; adeòque liberum jam esse dicti legati proventum, ita tamen ut ex acceptis usuris nihil sit residui. Audito Syndico, dixit Amplissimus Rector, videndum nunc, an instituta à Testatore Praemii destinatio retinenda sit; obstare, tum quod, cum quadringentarum Libellarum summa attribuatur Uni è Juvenibus Academicis, qui oratiunculam graecam verterit, rei dignitatem praetergredi videatur Praemii amplitudo: tum quod, cum ad hanc concertationem, non Rhetoricae tantùm alumnos testator vocaverit, sed eos etiam qui in secundo et tertio ordine militant, postulatur ab eo res

inaudita, quam usus et leges academicae non patiuntur. Rein deliberationem missâ, Syndicus dixit, Testatoris primam ac praecipuam voluntatem fuisse, ut Juventutis academicae studium aleret et accenderet: ab eâ vero, non discessum iri, si legatum ad amplificandam et ornandam Praemiorum academicorum distributionem ita impendatur, ut, praeter ea quae jam instituta sunt, alia quae desunt, instituantur, attribuenda hoc ordine: In Rhetorica quatuor Veteranis ac recentioribus qui latinum sermonem in Gallicum verterint. In Tertia ordine duo, iis qui carmen scripserint latinè. In singulis Grammaticorum Ordinibus, quarto, quinto et sexto, quatuor; binario numero iis attribuenda qui orationem Gallicam in Latinam, vel Latinam in Gallicam converterint. Audito Syndico, Placuit, Universitatis nomine, hac de re libellum memorialem confici, eumque Illustrissimis Senatûs Principi et Procuratori Catholico offerri.

Atque ita super his quatuor Capitibus, audito prius Syndico, ab ampl.° Rectore conclusum est. /. Lebel Rector

à versailles le 7. May. 1756.

J'ay rendu compte au Roy de la lettre que vous m'avés ecritte, Monsieur, le trois de ce mois, et du memoire que vous m'aviés remis precedemment sur les précautions à prendre pour eviter qu'il n'y ait de l'abus dans la reclamation des Etudiants de l'université de Paris, qui se seroient engagés dans les troupes, et sa majesté m'a chargé de vous mander ses intentions à cet égard.

Elle desire, premierem.t, qu'il soit fait tous les trois mois dans les Classes de l'université trois Catalogues dans les quels les Ecoliers inscriront leurs noms de baptême et de famille, leur âge et leur païs, et que ces inscriptions se fassent dans les mois d'octobre, Janvier, avril et Juillet.

2.° qu'un de ces trois Catalogues reste entre les mains du Professeur, qui en remettra un signé de lui au Principal, et que le troisieme signé du Professeur et du Principal soit deposé au greffe de l'université.

3.° que dans le cours de chaque trimestre, le Principal se transporte dans les classes et qu'il y fasse l'appel des Ecoliers, sans annoncer le jour qu'il devra s'y rendre.

4.° que lorsque les Parents d'un écolier qui se sera engagé dans les troupes voudront le réclamer, ils seront tenus de representer au Lieutenant general de Police dans la huitaine à compter du jour de la datte de l'engagement un certificat signé du Professeur, du Principal et du Greffier, et visé du Recteur, suivant le modele cy joint.

5.° que sur la representation de ce certificat, le Lieutenant general de police rendra son ordonnance, pour declarer nul l'engagem.t de l'écolier reclamé, après que les parents auront satisfait au remboursement de la somme que l'écolier aura reçüe pour le prix de son engagement, de même que les frais-

faits à cette occasion, ainsi qu'ils auront été reglés par le Lieutenant general de Police.

5° qu'il soit tenu Registre par le Lieutenant general de Police des ecoliers reclamés, afin que si le même écolier s'engageoit plusieurs fois, il puisse en faire la verification: Sa Majesté voulant qu'un écolier ne puisse être reclamé que deux fois, et que dans le cas d'un troisieme engagement, il soit declaré bon et valable.

Vous voudrés bien faire part de cette lettre aux Principaux des Colleges et à tous les Supposts de l'Université, et tenir la main à ce qu'ils s'y conforment, chacun en ce qui le concerne. Je suis, Monsieur, Votre très humble et très obeissant serviteur

Signé M. Dargenson.

Quant aux etudiants qui ont été reclamés précedamment, ce que l'on a obligés de joindre les regiments pour les quels ils se sont engagés, je mande à M. Hebert de me marquer ceux dont il leur aura été remis des certificats, pour que j'écrive aux Commandants des Corps de les faire congedier

M. D.

Modele de Certificat qui devra être representé au Lieutenant gnal de Police, pour reclamer un Etudiant de l'Université qui se sera engagé dans les Troupes —

Je Soussigné Professeur de la Classe de ... au College de ... Certifie que (le nommé) ... natif de ... agé de ... est inscrit sur mon Catalogue du mois de ... et qu'il en a assidument aux leçons jusqu'au ... de ce mois. En foy de quoy j'ay signé. Fait à Paris au College de ... ce jourd'hui ... du mois de ... de l'année ...

Je Soussigné Principal du College de ... certifie que (le nommé) etudiant en la Classe de ... en inscrit sur le Catalogue qui m'a été remis le mois de ... dernier pour lad. classe, et qu'il etoit present quand j'y ay fait l'appel. En foy de quoy j'ai signé le present certificat. Fait à Paris le de

Je Soussigné Greffier de l'Université certifie que (Le Nommé) est inscrit sur le Catalogue des etudiants de la Classe de ... du College de ... qui a été deposé au greffe de l'Université le ... du mois de ... dernier. En foy de quoy j'ai signé le present certificat. Fait à Paris le de

Visa per Nos Rectorem Academiæ Parisiensis!..

5. Junii

Anno Dni 1756. die quinta Junii, habita una Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem, in Mazarineo. absuit S. Theologiæ Decanus. Loum M. Moreau Gallica Procuratoris tenuit M. Stephanus Dieuraud, ejusdem honorandæ nationis antiquus Procurator. Primùm adfuit

M. Vicaire, novus fidelissimæ nationis Procurator.

1° Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii, M. Victor-Alexander-Stephanus Dupré acolythus Ambianensis, et M. Carolus-Nicolaus de Becare Presbyter Cadurcensis, de quibus retulit M. Guerin Syndicus ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, ex quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse rité confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, Placuit utrique supplici indulgeri.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant postremis in Comitiis acta et statuta.

3° Quòd legit fidelissimus Quæstor M. Hamelin scriptum sibi ab Illustr.° Viro D.D. Daguesseau in manus traditum, Tribunali academico proponendum de pactis et conventis cum ipso ineundis: Nominati sunt idem Deputati qui prius; Sapient.us Medicinæ Decanus, Ornatissimus Normanniæ Procurator, meritissimus Syndicus et fidelissimus quæstor, qui scriptum prædictum expendant ac de eo, proximâ supplicationum die, referant.

4° Ad diem decimam-sextam mensis Junii indictæ sunt generales Universitatis supplicationes.

5° Placuit suos singulis Scholasticorum concertationibus dies assignari, hoc ordine.

Mense Junio.

Rhetores	Die Lunæ	21.	Orat. Græcam in Gallicam vertent.
	Sabb.	26.	Carmen Latinè scribent.
Secundani	Sabb.	19.	Orat. Græcam vertent.
	Vener.	25.	Orat. Latinam vertent.
Tertiani.	Mart.	22.	Orat. Græcam vertent.
	Mercur.	30.	Orationem Latinam.

Mense Julio

Rhetores	Sabbati.	3.	Orationem scribent Gallicè.
	Jovis.	8.	Orat. scribent Latinè.
Secundani	Veneris	2.	Carmen Latinè scribent.
	Mart.	6.	Orat. Gallicam in Latinam vertent.
Tertiani	Lunæ.	5.	Orat. Gallicam vertent.

Deinde nominati sunt qui scriptiones expendant. In Rhetoricâ. MM. Crevier. le Beau Major. Veauvilliers et Genien —— In secundo ordine MM.
In tertio ordine MM.

6°. Quòd exposuit ampl. Rector accessisse ad se è Præclarâ Artium Facultate Magistros enixè postulantes, ut leges ac formula Jussu Regis, ab Illustrerum bellicarum administro DD. Comite Dargenson, ad Rectorem missæ de Alumnis academicis qui temerè dant militiæ nomen, sibi in manus tradantur: Placuit hac dere, decretum ab Universitate fieri, idemque typis mandari; ac ne quis ignorationis causam prætexere possit, iis omnibus, quorum è re fuerit distribui.

Decretum Universitatis.

Scribendo affuerunt, Rector, Decani, Procuratores, Tribunal Academ. in Mazarinæo non-Junii m-dec-LVI.

Quòd exposuit merit. Syndicus, ex omnibus Privilegiis in Universitatem Regiâ beneficentiâ collatis, nullum unquam gratius Almæ Parenti fuisse, nullum cum utilitate publicâ conjunctius, quàm quo suos alumnos ab omni militiæ Sacramento semper immunes habuerit, aut, si qui nomen, quocumque modo, dedissent militiæ, eos, simul atque pro suis ritè agnovisset, statim et nullo impedimento in Libertatem vindicaverit. Id sanè Privilegium ante omnem memoriam Universitati concessum, ab eâque constanter usurpatum, ad hæc tempora inviolatum permansisse, donec paucis abhinc annis, variis modis, et variorum prætextuum obtentu cœpit attentari. Indoluisse Universitatem et suâ et maximè Civium causâ. Quantum enim exitium suis studiis importatum iri, si jam non securi ad Scholas Publicas itarent sibi commissi adolescentes: quantam fore Parentum molestiam atque anxietatem, si ætas rudis et incauta, sublato Regiæ tutelæ Præsidio, suæ imprudentiæ relinqueretur, aut alienis fortasse artibus objiceretur. Iis inductam causis Academiam nullis curis atque laboribus pepercisse, quò res ad pristinam debitamque securitatem revocarentur; quibus tamen cum parum proficeretur, ac plures etiam audirentur quotidiè Magistrorum et parentum Quærelæ, præsertim hoc ineuntis belli tempore, confugisse Universitatem ad æquitatem summi rerum bellicarum administri, cui libellum memorialem obtulerit, quo sua jura simpliciter ac dilucidè defenderentur, et motæ contrà difficultates diluerentur. Susceptam ab Illust. V. causam Privilegii, de quo, ut ipse aiebat, dubitari nefas: Cavendum tamen, ne eo nonnulli identidem abuterentur. Itaque viam ineundam quâ sartum tectumque maneret jus Universitatis, et omnes, si qui unquam fuissent, aut esse possent in posterum abusus arcerentur. Id verò, quantum sibi videretur, fieri posse novâ descriptâ formulâ, ex cujus certis definitisque legibus, qui nomen militiæ dedissent, statim et nullâ tergiversatione Universitati restituerentur. Quamobrem illam formulam quam primum conficiendam se curaturum.

Porrò promissam illam à supremo rerum bellicarum administro formulam ad ampl. Rectorem per litteras Versaliis die septimâ maii scriptas, missam esse, per eum scilicet Universitati, quoquo modo necesse fuerit, significandam.

Itaque postulare se ac requirere pro suo Syndici munere atque officio. 1° ut grates habeantur summo rerum bellicarum administro, quòd, præter tot sua suorumque merita in Universitatem, hoc quoque postremum suæ benevolentiæ non sibi tantùm, sed et omnibus Civium familiis pignus ediderit. 2° ut nova formula ab Illust. V. ad ampl. Rectorem missa typis quamprimùm mandetur, singulis Academiæ Gymnasiarchis, Professoribus et Magistris, ne quis ignorationis causam prætexere valeat, distribuenda.

Eâ de re, postquam visæ fuerant (die 8ª maii proximè elapsi) tum litteræ tum nova formula à Supremo rerum Bellicarum ad amplis. Rectorem missæ, Omnes, juxtà merit. Syndici postulationem consuerunt. 1º Summo rerum Bellicarum administro maximas pro ampl. Rectorem grates esse habendas. Deinde quam primùm typis mandandam novam formulam singulis Gymnasiarchis, Professoribus ac Magistris, ne quis possit ignorationis causam prætexere, distribuendam.

Et ita super his sex capitibus audito prius Syndico, concluxit amplissimus Rector./.

Lebel
Rector

Anno Dñi 1756. die decimâ sextâ Junii, habita in Comitia generalia ac supplicatoria Universitatis, in Mazarinensi. 16. Junii

Primùm, in angulo consessum est: ubi postquàm lecta et recognita cum pacta et conventa cum Illust. & DD. Daguessiau, ab actuario publico descripta, eadem ab amplis.º Rectore, Decanis, Procuratoribus et officiariis approbata et subscripta sunt.

Deinde supplicavit pro litteris nominationis juris magisterii artium et quinquennii Franciscus Girard, archythius Lugdunensis, de quo retulit M. Guerin Syndicus ac dixit, se vidisse tum ejus litteras magisterii, tùm Professorum quos audivit testimonia, ex quibus constat de legitimo studii tempore ritè confecto, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. audito Syndico, suum præfata supplicii postulatum concessum est.

Item est deinde in Comitium, ubi postquam peroravit amplissimus Rector, omnes ordines grata et rata habuerunt quæ gessit in suo trimestri magistratu, ipsi litteras commendatitias decrevere: simulque amplum comitatum exhibuerunt ritè procedenti ad eadem archi-presbiteralem Dei Sacrum sub invocatione B. Mariæ Magdalenæ, in Civitate.

Pontificem egit Vigilantissimus ejusdem Ecclesiæ Pastor M. Robert, Doctor Theologus: Concionem habuit ad Populum M. Chemery Doctor è Societate Sorbonicâ: Eucharisticam ad Pontificem M. Coger Grammaticæ Professor in Mazarinæo./.

Lebel
Rector

Anno Dñi 1756, die vigesimâ-tertiâ Junii, habita in Comitia generalia græcarum artium Facultatis, in Mazarinensi. 23. Junii

Post habitam ab Amplissimo Rectore Orationem, Supplicarunt Matthæus de Reclenne, clericus Claromontensis, et Petrus-Memmius Sejourné clericus Catalaunensis, auditor uterque M. Mazeas Philosophiæ Professoris in Regia-navarrâ, ut ne sibi noceat quòd incogitanter ac pro meram oblivionem, hic in priore Physicorum, ille in priore Logicorum nomen suum non inscripserit, tentante præfato M. Mazeas: Dionysius-Franciscus Crespin, clericus Bellovacensis, ut, propter gravissimum morbum, in priore physicorum omissum nomen restituatur, de Reclenne. Sejourné Crespin

Le Gaigneux
De la Barre
Le clerc de Thierry
De Laby
Bouchy
Muysart
Siard
D'alegre
Sauze
Gabbled

testante M. Tingry Philosophiæ Professore in Plessæo: hilarius le Gaigneux clericus audomaræus, ut ne scribatur audomarensis: Joannes-antonius-natalis Benedictus de La Barre, clericus Bolonæus; ut in omnibus Catalogis scribatur Joannes-antonius-natalis-Benedictus ... Bolonæus, non antonius-Joannes-Benedictus-natalis ... Bolonensis: Gilbertus le Clerc de Thierry, clericus Rustiquensis, ut scribatur Suessionensis, non Compendiensis: Ludovicus antonius de Laby, Diaconus Laudunensis, ut ne sibi noceat quod scripserit se Joannem Ludovicum: Joannes Bouchy, acolythus Claromontensis, ut vox illa Baptista deleatur, et scribatur Bouchy, per litteram y: Antonius Felix-Josephus Muysart Presbyter Tornacensis, ut ordo nomium in litteris magisterii artium, cæterisque actis Academicis restituatur: Joannes Siard Meldensis, ut immunis stet ab onere scribendi ob insignem pectoris debilitatem, testante M. de la Sourdière, Doctore Medico Parisiensi: Thomas-antonius d'alegre, clericus Tornacensis, ut ne sibi noceat quod Logicæ partem aliena manu exceperit, ob gravissimum oculi dextri morbum, utque immunis stet ab onere scribendi physicæ codices; testante M. du Petit, Doctore Medico Parisiensi: Gilbertus-amabilis Sauze, Diaconus Claromontensis, ut ne scribatur Claromontanus: Christophorus Gabbled, Diaconus abrincensis, ut biennium Philosophicum Cadomi rite confectum, pro uno anno sibi imputetur.

Audito M. Guerin Syndico, de his supplicibus referente: amplissimus Rector dimisit nationes ad deliberandum, tum de illorum postulatis, tum de confirmatione Quatuor Virorum matutinis horis electorum; simulque petiit, ut rata et grata haberentur quæcumque gessit in suo trimestri Magistratu, sibique litteræ commendatitiæ decernerentur.

Dimissis nationes ad deliberandum, ac deinde regressæ per singulos Procuratores retulerunt 1° se rata et grata habere quæ gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, eique litteras Commendatitias decernere: 2° annuere postulatis supradictorum supplicum. 3° confirmatos à se suisse Quatuor Viros manè electos, videlicet, in honorandâ Nationè M. Georget, Philosophiæ Professorem in Cardinalitio; in fidelissimâ M. Wallet, Grammaticæ Professorem in Regiâ Navarrâ; in venerandâ, M. Maupas, Grammaticæ Professorem in Lexoviensi: in constantissimâ M. Nagot, Professorem humanitatis Emeritum.

Præterea, quod in Consistorii Regii arresto, unde summa illa 120 quæ ab anno 1720. præclaræ artium Facultati numerabatur in institutionem gratuitam, ampliatus ad summam annuam , clausula irrepserat, quæ, nisi reformetur, Academiæ pro non mediocritate labefactare visa est; quâ in re, Deputati suæ Universitatis Syndicus et Scriba: quod que adjuti ab illustrissimo rei Bellicæ administro et Conjunctissimis fratribus D.D. Moreau ab Optimi Regis bonitate primum, deinde ab æquitate illustris. rei ærariæ præfecti D.D. Peirenc de Moras clausulam expungi obtinuerunt, cujusquidem reformationis peragendæ curam in se suscepit Amplissimus Rector: fidelissimus Ordo, suo nomine, gratias egit amplissimo Rectori, ob indefessum studium quo cæteras res academicas, maximè vero vigesimam illam octavam defendit; petiit in commentarios Universitatis describi tam elegantis ejus orationem-

ejus orationem, tum Epistolas quas eâ de re accepit: denùm rogavit Amplissimum Rectorem, ut secum assumat quos voluerit Viros Academicos, gratias acturus iis omnibus qui in reformandâ prædictâ clausulâ de Academiâ bene meriti sunt.

Quatuor-Viri, præstito sacramento, conclave subierunt: unde digressi pro Magnâ Wallet retulerunt se prorogasse fasces Rectorios Amplissimo Rectori.

Dimissæ nationes ad deliberandum retulerunt omnes, sibi ratam et gratam esse amplissimi Rectoris prorogationem. De inscribendis, tùm oratione quam habuit, tùm Epistolis quas accepit amplissimus Rector, nec non de gratiis agendis, cæteræ nationes dixerunt se idem cum fidelissimâ sentire.

Atque ita ab amplissimo Rectore conclusum est.

Lebel Rector

Oratio Amplissimi Rectoris.

Multis, iisdemque sæpè gravissimis impediri curis, et negotiis implicari eum jam pridem intellexerant, quem rebus Præfectum vestris, et Studiorum moderatorem constitutum, sedere inter Vos Principem jubetis, P. O. L. 2, P. A: at arta tamen quædam otii intervalla interjici pariter existimaverant; atque ut in omnibus fermè cæteris, sic in amplissimi Muneris occupationibus factam paulùm exoriendi copiam, tantalamque remissionem operis contingere, ab ipsa contentionis assiduitate longè gratiorem. Mihi quoque in animum induxeram, gravissima quidem munia difficultates habere suas, suasque molestias; cùm et splendore conspicua proprio, atque alto gradu eminentia, fugere autem invidiæ malignam, obtrectationi que non esse obnoxia nequeunt, et illis adjuncta sunt cùm varii singula generis, tùm universa ferè ejusmodi negotia ut nec sine multorum consilio suscipi, nec sine auxilio geri, nec sine vicariâ voluntate et manu tractari, nec sine morarum impedimentorumque tædio ad exitum perduci valeant. Verùm duo etiam constare mihi videbantur: Alterum quidem, ubi præposita operi difficultas præivit, et pertinaci conamine tandem feliciter superata est; lætitiæ, quæ subsequitur, vividiori sensu, singulæ splendidæ laudis luce, at tacitâ meriti conscientiâ suavissimè mentem afficit: Alterum verò, ubi res aut non satis ad voluntatem fluunt, aut etiam, perditâ omni operâ, contrâ spem expectationem que procedunt, materiam solatii abundè suppetere, si is, in quo summarerum tanquam in capite recumbebat, se tentavisse, nec labori nec sollicitationibus et curis peperisse, perspicuum illis omnibus, quorum aquè interest, facere possit.

Harum porrò cogitationum alias non esse à vero dissonas nostra Nos tribus à mensibus experientia docuit; alias verò non omnino consentaneas. Quod quidem intelligetis facilè, postquam simplici et accuratâ expositione rerum præcipuarum, quas vestro nomine vestraque in commodo gerere conati fuimus, quam fieri poterit brevissimè, retulerimus. Ea autem ad tria potissimum capita revocari possunt, cæteris silentio prætermissis, quas leviores esse arbitramur, quàm ut defixas in iis vestras mentes longùm detineamus.

Ac primum quidem ea capue attingamus; dein denique confecimus, transegimus,

que, quam tandiu et tædio et damno nostro suspensam, tot que et molestam tricis et impeditam ambagibus et intermissionibus, lentisve operis ac temporum difficultatibus retardatam cum Illustr. V. D. D. Daguesseau habebamus; id que præsertim commodi inde capiemus, quod postquam V. J. Daguesseau summam solverit, quæ solvenda superest, quamque solvere jam jam paratus est, Academia se se expeditam tandem et liberam ab æris alieni maximâ parte, quo se se obligaverat ergà varios opifices visura sit, brevique se illo ab ære omninò expediendam speratura: Ut, si res Academicæ nondum esse in florenti statu dici debent, saltem habere se non ita malè, seque brevi melius et melius habituræ dici possint.

Alterum negotii genus, quod celeritate omni, omnique, quæ pateret, viâ insistere maximi esse momenti duximus, illud est quod pertinet ad Regii Consilii Consultum, cujus autoritate sanciri necesse est et firmari concessam hoc anno ab Optimo Rege summæ accessionem in vigesimâ-octavâ parte redituum, qui ex nuntiatibus ac Regiis cursionibus percipiuntur. Cùm scilicet intenti semper essemus in Consultum illud quod tantum juribus nostris aut afferre commodum posset, aut importare detrimentum; postquàm invisissemus semel iterùmque summum ærarii Regii Præfectum V. Ill. D. D. de Moras, tùm ut ipsi et privatim et publicè, solemnique procerum Academicorum frequentiâ amplissimas Academiæ nomine grates persolveremus, tùm ut in instituendo scribendoque consulto et jura et commoda universitatis sibi commendata vellet, ac cavere ne perplexa aut ambigua adhiberentur verba, aut minùs æquæ conditiones et clausulæ insererentur: Postquàm non facta tantùm ab eo vivâ voce responsa retulissemus, quibus nihil metuendum nobis esse indicaret, seque ita comparatum esse et animo affectum, ut majora in Nos ab Optimo Rege conferri beneficia libentiùs videret, et reipsâ mollioribus deinceps temporibus conferenda speraret; Postquàm idem, Academiæ amantissimus, ipsissimos animi voluntatis que sensus litteris mihi significasset, et distinctè declarasset consultum illud eâ ratione efformandum esse, ut non tantùm ex ipso jus nostrum nihil damni pateretur, sed et ipsi nova inde vis adderetur: Ecce accipimus consultum illud institutum esse, jamjamque consignandum; sed ita institutum, ut irrepserit clausula, fixée pour toujours, sans pouvoir être augmentée, sous quelque pretexte ou cause que ce soit: Obstupescere nos primùm et congregare illicò deputatos, deliberare hi inter se, agere omnes et in cunctas partes nos versare. Effectum tandem fuit, ut primum illud consultum jussu V. J. D. D. de Moras retractum sit ex tabulario ac rescissum, aliud que nondum subsignatum quidem, sed conceptum scriptum que sit.

Officio deessemus nostro, nisi certiores vos faceremus quàm egregiam quamque effusâ benignitate, quàm benevolo ergà Academiam animo hocce in negotio operam Nobis contulerit Vir Ill. DD. Comes Dargenson, qui deputatos nostros honorificentissimè semper excepit, attentissimè audivit, causam nostram suo fulciendam præsidio libentissimè pollicitus est; quam quidem benevolentiam certissimis constanter argumentis significavit, quotiescunque ad ipsius aut opem aut æquitatem confugere Nobis necesse fuit.

Hocce in negotio præclarè etiam mereri perrexerunt Clares. Vici DD. Moreau, quibus jam eadem de causâ tantùm debebamus, ut qui summo semper studio res nostras prosecuti fuerint, et Illustr. Parisiensis Archi-Episcopus, cujus voluntatem et præsidium in omnibus experti sumus, in quibus, ut suo Nos auxilio apud Magnates tueretur et adjuvaret, optare ab ipso visi fuimus.

Tertium superest caput, de quo referam apud vos paucis; Ea nempe sunt, quæ ad studiosæ Juventutis nostræ immunitatem à militiâ conservandam gessimus; Immunitas illa jam extrà omnem aliam posita est, nec restat periculum, ne ullam servitutis speciem subire Academia possit, aut de privilegio aliquid deperdere./.

Anno dñi 1756, die primâ Julii, horâ post meridiem primâ, habita sunt Comitia Deputatorum et adjunctorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Mazarinoeo, ad exigendas rationes accepti et expensi à fidel.º Universitatis Quæstore M. Paulo Hamelin, per annum 1755. I. Julii.

Ad comitia prius quam accederet M. Aselin de Vaulegeald Normaniæ Nationis Procurator, interponendas ejus nomine animadversiones et intercessiones cum prædictis Deputatis communicari curavit. Quam in rem, hac ipsâ die, circà horam undecimam, misit ad singulos libellum memorialem, eos designantem articulos, quos prædicta natio minùs probat.

Postquàm accessit; declaravit idem ante omnia sibi fuisse à natione suâ mandatum, ut intercessionis anno proximè elapso similibus in comitiis ejusdem nomine institutæ, ad supremum senatum delatæ deinceps, et in eo pendentis memoriam refricaret; eâque renovâtâ, actum peteret. hoc audito, parem petiere actum fidelissimæ Nationis Procurator et adjunctus, ut pote quæ ad intercessionem Venerandæ Nationis accesserit. Contrà intercessiones fidelissimi et Vener.di Ordinis contestati sunt alii Deputati omnes, et similiter actum postulaverunt. Rector amplissimus petitos hinc et inde actus concessit.

Posteà Lectæ sunt accepti et expensi rationes.

De acceptis; petiit idem Normaniæ Procurator.

Cap 1º de Variis Academiæ nominibus: in primum hoc acceptorum caput, nullâ factâ exceptione, referri deinceps omnia et singula Academiæ nomina, eo consilio, ut, iis, quæ per decursum anni expedita non fuerint in priori rerum repetundarum capite recensitis, de statu rei Academicæ liquidò constet.

Cap. 2º de Nuntiis Academicis, ut diserté dicatur, eos qui 300tt. summam numerant, officiorum suorum tùm nominationem, tùm Collationem à nationibus acceptas habere.

Cap. 3. 4. 5. 7. et 8º de Jure clientari Universitatis, seu obventionibus Censualibus; ut eorum omnium nomina accuratissimè describantur, qui sub Dominio Academico domos actu possident, cum onere censûs annui: atque, si qui eorum novam quam vocant declarationem, gallicè titre nouvel, nondum fecerunt, ab iis quam primùm exigatur, in quâ fide obligatâ spondeant, nec se, nec suos quos dicunt causam habentes, suas quas habent in præfato dominio domos, hominibus jugis manupii quâcunque ratione alienaturos, prout in ipso primitivæ venditionis instrumento cautum est: harum verò declarationum mentio neprætereatur in rationibus anno proximo reddendis.

Cap. 11º de Censu annuo Academiæ in Urbis Basilicam à Rege constituto: ut ne sex tantùm priores numerentur censûs annui menses, sed ipse totus annuus census quantus est; eâ lege tamen, ut si quæ pars ejus soluta non fuerit, ipsa, capite de rebus repetendis secundo, ex acceptis distrahatur.

Demùm de Collegio hubantino, vulgò de Lave maria, observavit cavendum esse ne nomina in præfatum Collegium Academiæ multis abhinc annis constituta cassa evadant ac inania; neve laplu temporis usuræ consistant.

hæc de acceptis.

De Expensis. petiit idem Venerandæ nationis Procurator.

Cap. 1° astringi articulos 1. 2. 3. 5. 10. 16. 18. 21. 27. 28. 33. 34. et 35: explicari verò articulos 4. 7. 8. 9. 15. 17. 25. 32. et 37.

Cap. 2° expungi articulos 1. et 11.; adstringi articulum 2um: explicari articulos 4. 5. et 10.

Caput 3um non probari, nisi additâ hac clausulâ, absque eo quòd res in consequentiam trahat.

Cap. 4° Singulos articulos explicari.

Cap. 6° articulum 11um deleri.

Quæ cùm ad præsentes minùs quàm ad sequentes academicas rationes pertineant: Visum est ordinariorum Deputatorum deliberationi esse remittenda; ita consentientibus fidelissimæ et Venerandæ nationis Deputatis et adjunctis.

Igitur, expensis ac discussis diligenter rationibus, laudata est primùm fides ac diligentia Quæstoris: deinde rationes ab eo redditæ ab omnibus tàm Deputatis quàm adjunctis atque officiariis approbatæ fuerunt ac subscriptæ: ut, fidelissimæ et Venerandæ nationis Deputati earum jura reservarent.

Atque ita ab amplissimo Rectore conclusum est./.

Lebel Rector

3. Julii. Anno Dñi 1756, die tertiâ Julii, habita fuit Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem in Mazarineo, in quibus primùm adfuit M. Franciscus-Benedictus Roche, Sacræ Facultatis Syndicus, Decani vices gerens.

1° Supplicavit pro litteris Nominationis quæ e Magisteriis artium et quinquennii M. Carolus-Claudius Bringot, Diœcesis Rothomagensis, de quo retulit Magister Guerin, Syndicus, ac dixit se vidisse tùm ejus litteras Magisterii, tùm Professorum quos audivit testimonia, ex quibus constat de legitimo studii tempore, ab eo ritè confecto, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, fuum præfato supplici postulatum concessum est.

2° Lecta et recognita fuit, quæ fuerant postremis in Comitiis acta et statuta.

3° Quòd dixit M. Roche Sacri ordinis Pro-Decanus, M. Le Sevre in Sorbonâ Theologiæ Professorem, litteras ad M. Gervaise ejusdem ordinis ex-Syndicum jamdudum ablatas diebus dedisse, in quibus se auditorum suorum catalogos propediem missurum esse pollicetur: Lectas fuisse eadem litteras in Comitiis generalibus Sacræ facultatis, Nominatumque M. Septier Doctorem Theologum, è Societate Sorbonicâ, qui, in locum præfati M. Le Sevre, majori de causâ absentis, Professoris Theologii vices gerat, ac litteris testimonialibus, adhibitis cautionibus requisitis, subscribat: Rogatus est meritissimus Sacræ facultatis Syndicus, ut id servari curet, quòd academica legibus non semel sanctum est, videlicet, Scholarum Theologicarum catalogos, apud Scribam Sacræ facultatis quotannis in arcâ recondi ac servari.

4° Accesserunt ad Tribunal academicum Montani Collegii Primarius et Procurator, rogique

qui que muniaverunt Standoniacæ Domui ruinam proximè imminere, ob novas Ecclesiæ Sanctæ Genovefæ constructiones, nisi opem ferat alma Mater Universitas. Audito Syndico, Nominati sunt Sapientissimi Juriũ ac Medicinæ Decani, et Ornatissimus Normaniæ Procurator, qui cum Majoribus Universitatis officiariis, rem Montanam, pro virili parte tueantur et defendant.

Atque ita super his quatuor capitibus, audito priùs Syndico, ab amplissimo Rectore conclusum est./.

Lebel
Rector

Anno Dñi 1756, die vigesimâ octavâ Julii, ùm Sigillatio in ædem Sacrâ Regiæ Navarræ fieret, habita sunt extra-ordinem Comitia Deputatorum Universitatis, in aulâ Magni ejusdem Regiæ Navarræ Magistri 28. Julii

1° Lecta est Academiæ Andegavensis ad amplissimum Rectorem Epistola, quâ V. C. DD. Dubois Rectal Parisiensem Universitatem certiorem facit nova Academiarum juribus imminere pericula: videlicet, Regni legibus cautum esse, ne quis Parochus hic urbe cinctâ muris instituatur, nisi saltem gradum Magisterii in artibus adeptus fuerit: nunc verò Cleri Gallicani agentes, sub litium vitandarum obtentu, novam eâ de re Legem rogare, non quidem, quæ easdem abroget, sed potestatem ita subjectam intra suos fines definiat, hoc verò, non ad ampliandum sanè, sed potiùs ad adstringendum urbium muris cinctarum numerum à Beneficiorum Ecclesiasticorum Collatoribus rogatum videri. Res in deliberationem missâ, audito Syndico, Placuit, 1° ad Universitatis Andegavensis Rectorem Epistolam rescribi, quâ, laudatâ ejus diligentiâ, polliceatur amplissimus Rector Academiam parisiensem in speculis fore, arrectamque ad omnem novarum molitionum auram ac sonitum: 2° Rogari amplissimum Rectorem, ut, assumptis secum Majoribus Universitatis officiariis, Jura Universitatis apud Summos Magistratus, salvâ quavis in antecessum reclamatione, atque etiam, si opus fuerit, intercessione, pro rei gravitate tueatur atque defendat.

2° Quòd Vir Illust. DD. Dagueseau eorum operum partem, quæ ipse fieri jusserat in domo Academicâ quam ad vitam emit, ea se in Academiam rejecit: Architectus verò Academiæ D. Le Camus hanc partem generali operum redemptori potiùs quàm Universitati imputandam judicavit: quod que eâ de re jam placuit ad arbitrum ire: Petiit scripto præfatus redemptor Mangin, sub beneplacito Tribunalis Academici, arbitrum constitui Virum honestum D. Blavet Architectum Juratum, cujus fides ac peritia jampridem est notissima. Audito Syndico, Placuit nominari D. Blavet, qui res controversas æstimet.

3° Quòd præsentia comitia non fuerant provisa, erogata est, intercedente Venerandâ nationis Procuratore, singulis Deputatis solita trium sibellarum sportula.

Atque ita super his tribus capitibus concluserit amplissimus Rector./.

Lebel
Rector

Anno Dñi 1756, die Veneris sextâ Augusti, habita sunt in antecessum Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Mazarineo, à quibus abfuit Sapientissimus Medicinæ Decanus. 6. Aug.

Aug.° 1756.

1° Supplicaverunt pro litteris nominationis pure Magisterii artium ac quinquennii M.M. alexius Broquet, Presbyter Rothomagensis; Antonius-Petrus Balleux, Diaconus Parisiensis; antonius Quatre-sous de la motte, subdiaconus Remensis; Augustinus-Claudius-Josephus heron de la Tuilerie, subdiaconus Catalaunensis; augustinus-Franciscus-Renatus Le Mintier, Presbyter Rhedonensis; Carolus-Timo Cotreau, subdiaconus Parisiensis; Carolus-Joannes chesneau de la Drouerie de Fontay, Presbyter Cenomanus; Carolus-Nicolaus Barbier, subdiaconus Ambianensis; Claudius-Ludovicus Picart, subdiaconus Suessionensis; Claudius-Carolus-Antonius Dargent, Diaconus Catalaunus: Christophorus-Claudius-Bernardus Rivet, subdiaconus Senonensis; Christophorus Gabled, Diaconus Abrincensis; Desiderius Meligne, subdiaconus Lingonensis; Dionysius Claudin, acolythus Melodensis; Dionysius-Carolus-Franciscus Audanger, acolythus Carnotensis: Emericus Gilbert, Diaconus Claromontensis: Franciscus Guyard, subdiaconus Suessionensis; Franciscus Perier, clericus Cenomanensis; Franciscus-Nicolaus Voinchet, subdiaconus Lingonensis; Gabriel-Franciscus Dupont, acolythus Boloniensis; Gabriel Tandeau de S.t Nicolas, clericus Lemovicensis; Guillelmus chereau, acolythus Parisiensis; Guillelmus Maleville, subdiaconus Sarlatensis; Jacobus Roux, Diaconus Nivernensis; Jacobus-Franciscus Amas, Diaconus attrebatensis; Jacobus-Guillelmus aubé - - - - Jacobus-Joanna Lantin de Monroy, acolythus Cabillonensis; Joannes Bouchy, acolythus Claromontensis: Joannes-Baptista Robinault du Boisbasset, Presbyter San-Briocensis; Joannes-Baptista Michel Duclaud, acolythus Petro-corax; Joannes-Cathelinus Berthelot, Presbyter Lugdunensis; Joannes-Franciscus Freslon, Diaconus laudunensis; Joannes-Franciscus Poney, subdiaconus Senonensis; Joannes-Guillelmus Mannier, acolythus Novionensis; Josephus Marlot, subdiaconus Divionensis: Jvo-Ludovicus Portie, Diaconus Rhedonensis; henricus Laurent, Diaconus Nivernus: Ludovicus Le Brun, clericus Constantiensis: Ludovicus-Blasius Petit, acolythus Carnotensis; Ludovicus-Franciscus de Lattre de fienne, Diaconus Boloniensis; Ludovicus-Franciscus Sedillot, acolythus Carnotensis; Ludovicus-Franciscus Le Roux, subdiaconus Carnutensis; Ludovicus-Maria-Franciscus de Lattre, acolythus Boloniensis; Ludovicus-Justus de S.t Vincent, Diaconus Catalaunensis; Ludovicus-Nicolaus Mechin, Diaconus Lingonensis; Michaël Bidan, subdiaconus Atrebatensis; Nicolaus-Franciscus-Bonaventura Pommier de Rougemont, acolythus Parisinus; Nicolaus Gros, Diaconus Cabillonensis; Petrus-Franciscus Dudot, Diaconus Tullensis; Petrus Renouard, acolythus Parisinus; Petrus le Villain, Diaconus Rothomagensis; Petrus Coutel, acolythus San-florianus; Petrus-Franciscus Lazeri de Thorane - - - - Petrus-Josephus Paillette, acolythus Catalaunensis; Petrus-Ludovicus Potin, Diaconus Rothomagensis; Petrus-Nicolaus Formey, Diaconus Catalaunensis; Petrus Patricius Pelletier, acolythus Parisinus; Petrus-Renatus Le Jariel du Bary, clericus Cenomanus; Quintinus Waranquin, clericus ambianensis; Stephanus-Josephus Wartel Presbyter Boloniensis; De quibus retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum quos audierunt testimonia, ex quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cætera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari, nisi quod M. Petrus-Renatus Le Jariel

Dubary litteras tonsuræ non exhibuit, et M. Jacobus-Joanna Lantin de Moncoy, acolythus Cabillonæus dixit se Joannem pro Joanna. Audito Mgro Guerin, Syndico, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi; cà lege, ut ille tonsuræ litteras exhibeat, hic verò cognominis errorem emendari curet.

2º Accessit Petrus Colombet, Clericus Cenomanensis, Magister in Artibus, petiitque, ut sibi liceret Pædagogium hac in urbe sub Clientelâ Universitatis exercere. Audito M. Anson Pædagogorum Academicorum Procuratore, seu agente; Audito M. Guerin, Syndico, nominati sunt Ornatissimi Normaniæ et Germaniæ Procuratores, qui in præfatum supplicem inquirant, ac de eo in proximis Comitiis referant.

3º Lecta et recognita sunt, quæ fuerant postremis in comitiis acta et Statuta.

4º Quòd Sapientissimi Theologiæ, Jurium et Medicinæ Decani, et Ornatissimi Galliæ, Picardiæ et Germaniæ Procuratores Ordinum suorum conclusiones scripto retulerunt, quibus constat, consultos Ordines supra memoratos in id consensisse, ut, ad summam sexaginta Libellarum Syndico Universitatis in annuum honorarium ex ærario Academico antiquitùs attributam, ex eodem ærario adjiciatur summa quingentarum quadraginta libellarum M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, per modum annuæ pensionis in singulos annos persolvenda, iisdem legibus et cautionibus, quibus eadem summa tribus posterioribus Syndicis attributa fuerat, iisdemque de causis. De ea re Statui Placuit, ut prædicta pensio quadringentarum et quadraginta libellarum Viro Clarissimo Mgro Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, attribuatur, iisdem conditionibus, quibus par ac similis pensio Viris Clar. M. Jacobo Vallette le Neveu, die 13ª Januarii 1742., M. Balthazaro Gibert, die 7ª Augusti 1734., et M. Edmundo Pourchot, die 6ª Aprilis 1709, fuerat attributa; nimirum, ut illa ne gaudeat, nisi quandiu Syndicus Universitatis erit, ac ne futuri deinceps Universitatis Syndici, inde sibi jus ullum vindicent. Dixit verò Normaniæ Procurator, ordinis sui sententiam esse, rem academiæ præsentem non pati, ut præfata pensio ex ærario Academico depromatur.

5º Placuit fieri ac sumptibus Universitatis typis mandari Catalogum Primariorum ac Professorum Præclaræ Artium facultatis; tùm eorum qui, in Collegiis pleni, ut aiunt, exercitii, actu regunt vel docent; tùm illorum qui, completo saltem septennio, a regendi vel docendi munere recesserunt.

6º Rogati sunt Ornatissimi Galliæ et Normaniæ Procuratores, ut rationes accepti ac expensi per annum 1755 à M. Morin, Collegii Sti Michaëlis sequestro expendant ac discutiant, priusquam illæ rationes ab Academico Tribunali approbentur ac subsignentur./.

Atque ita, super his sex capitibus, audito prius Syndico, ab amplissimo Rectore conclusum est./.

Lebel
Rector

8. Aug. Anno Dñi 1756, die sabbati octavâ augusti, congregata est Universitas, in Majoribus Sorbonæ Scholis, ubi post habitam à V. D. M. Joanne-Matthurino Mazeas, Philosophiæ in Regiâ navarræ Professore, elegantissimam de natura et arte, orationem; præmia academica, præsente Supremo Senatu distribuit, hoc ordine.

Præmium Eloquentiæ Latinæ

Ex anno proximè elapso ad hunc annum reservatum, cujus hoc argumentum est: Ita se quisque in Colloquiis gerere debet, ut de se eruditiendo magis quàm de ingenio doctrinâque jactanter ostendendis sollicitus sit, verumque potiùs quàm plausum quærat; meritus et consecutus est Joannes-Jacobus-Salvator Maltor, Cretensis, Magister in artibus.

Præmium verò Ejusdem Eloquentiæ Latinæ, quod hocce anno 1756 distribuendum erat, reservatum est ad annum proximè sequentem.

In Rhetoricâ.

Primum, Orationis Latinè Scriptæ præmium tulit, Joannes-Franciscus de la harpe, Parisinus, è Coll. harcuriano.

Primum, ejusdem orationis, inter Veteranos, tulit, Petrus-Felicianus Le Tourneus, Gallonæus è Grassinæo.

Secundum, inter Veteranos, tulit Claudius-Renatus de hauteville de Fraiteille, San-Laudinus, è Plessæo.

Secundum, inter Recentiores, tulit Michael Marmion, Hibernus, è Plessæo.

Proximè accesserunt.

Nicolaus Boudard, altisiodorensis, è dormano Bellovaco; Thomas le Vacher, Ebroïcensis, è harcurio; Ludovicus-Josephus-Bernardus Wallet, atrebatensis è Cardinalitio; Antonius-Franciscus-desideratus Finseau de Gennes, Bisuntinus è Cardinalitio; Joannes-Baptista Maltor-Saglyr, Cretensis, è dormano-Bellovaco; Nicolaus-Josephus Camuset, Catalaunensis è Plessæo.

Primum Orationis Gallicè Scriptæ tulit, Carolus-Franciscus Le Brun, Constantiensis, è Grassinæo.

Secundum tulit Nicolaus-Josephus Camuset, è Plessæo. (Catalaunensis)

Proximè accesserunt.

Petrus-Franciscus Domicille, Ambianus, è Mazarinæo. Æmilianus Philippeaux, Divionæus, è Lexovæo; Joannes-Franciscus de la harpe, Parisinus, è harcurio; Ludovicus-Claudius Picard, Strepagnæus, è Plessæo; Paulus-Gabriel Lepreux, è Cardinalitio; Joannes-Baptista-Eduardus de La Valette, Lugdunæus, è dormano-Bellovaco.

Primum Carminis Latinè Scripti Præmium, inter Veteranos, tulit Claudius Hardoin, Juniacensis, è Grassinæo.

Primum ejusdem Carminis Præmium, inter Recentiores tulit, Joannes-Franciscus Dubourg, Martinicanus, è Cardinalitio.

Secundum tulit Joannes-Franciscus de la harpe, Parisinus, è Harcurio.

Proximè accesserunt.

Antonius-Franciscus-Desideratus Tinseau de Gennes, Bisuntinus, è Cardinalitio; Joannes-Baptista Maltor-Saghir, Cretensis, è Dormano-Bellovaco; Ludovicus-Claudius Piard, Strepagnacæus, è Plessæo; Petro-Felicianus Le Tourneux, Vallonæus, è Grassinæo. Carolus-Franciscus Le Brun, Constantiensis, è Grassinæo; Jacobus-Rodolphus Mullot, Ebroicensis, è Coll. Harcuriano. /.

Primum Orationis Græcæ in Gallicam conversæ tulit Joannes-Franciscus de la harpe, Parisinus, è Harcurio.

Secundum tulit Nicolaus-Josephus Camusel, Catalaunensis è Plessæo.

Proximè accesserunt.

Ludovicus-Robin, Gastinensis, è Regiâ Navarrâ: Carolus-Franciscus Le Brun, Constantiensis, è Grassinæo; Ludovicus-Claudius Piard, Strepagnacæus è Plessæo; Nicolaus-Guillelmus Colombel, è Grassinæo; Philippus-Hyeronimus Dumas, Bituricensis, è Plessæo; Antonius-Claudius-Desideratus Tinseau de Gennes, Bisuntinus, è Cardinalitio. /.

In Secundo Ordine.

Primum Orationis Gallicæ in latinam conversæ tulit Franciscus Bergero, Ambianensis, è Plessæo.

Secundum, Michael Sosse, Carnutensis, è Grassinæo.

Proximè accesserunt.

Joannes-Baptista Hemel, Ambianensis, è Dormano-Bellovaco; Joannes-Franciscus Laschez, San-Manechildæus, è Grassinæo; Joannes-Antonius Boutet, Parisinus, è Mazarinæo; Jacobus Boudin, Parisiensis, è Dormano-Bellovaco; Joannes-Antonius Trico, Parisinus, è Plessæo; Franciscus de Chambrun, Parisinus è Mazarinæo. /.

Primum Carminis latinè scripti Præmium tulit Carolus-Cæsar La Vigne Turpein de Bonaire, Martinicanus, è Cardinalitio.

Secundum idem Franciscus Bergero, Ambianensis, è Plessæo.

Proximè Accesserunt.

Joannes-Antonius Trico, Parisinus, è Plessæo; Joannes-Baptista-Josephus-Renatus Dureaux de la Malle, Sandominicanus, è Plessæo; Ludovicus-Gregorius Salmon, Parisiensis, è Plessæo; idem Michaël Sosse, Carnutensis, è Grassinæo; Franciscus Aubat, Matisconensis, è Plessæo; Andreas Renouteau, Senonicus è Grassinæo. /.

Primum Orationis Græcæ in Gallicam conversæ tulit idem Michaël Fossé, Carnutensis, è Grassinæo.

Secundum, franciscus Menard, Castrogonterius, è Plesiæo.

Proximè accesserunt.

Franciscus de Chambrun, Parisinus, è Mazarinæo; Franciscus Berger, ambianensis, è Plesiæo; Nicolaus Balley, Altisiodorensis, è Plesiæo; Petrus-Justinus Seydoux, Sylvanectensis, è Plesiæo; Jacobus Boudin, Parisiensis è dormano-Bellovaco; Joannes-Baptista Millet, Virdunensis, è Marchiano./.

Primum Orationis Latinæ in Gallicam conversæ Præmium tulit, idem Joannes-Franciscus Larcher, San-Manachildæus, è Grassinæo.

Secundum idem Nicolaus Balley, autisiodorensis, è Plesiæo.

Proximè accesserunt.

Joannes-Baptista-Josephus-Renatus Dureau de la Malle, San-Dominicanus è Plesiæo; Nicolaus Madgett, hibernus, è Regiâ Navarrâ; Franciscus de Chambrun Parisinus, è Plesiæo; Joannes-Dionysius du moutier de Rienne, Parisiensis, è Lexoviæo; idem Michaël Fossé, Carnutensis, è Grassinæo; idem Franciscus Berger, ambianensis, è Plesiæo./.

In Tertio Ordine.

Primum Orationis Gallicæ in Latinam conversæ Præmium tulit, Joannes-Baptista Osmont, Rotzomagensis, è Plesiæo.

Secundum Carolus Coslon, Remensis, è Plesiæo.

Proximè accesserunt.

Martinus-Julianus Hebert, Parisinus, è Lexoviæo; Sebastianus-Noctus Nicolas, Claromontanus, è Grassinæo; Joannes-Ludovicus Millot, Masiliensis, è Dormano-Bellovaco; Joannes-Baptista Theri, hibernus, è Plesiæo; Patricius-Josephus Plunkett, hibernus, è Plesiæo; Petrus-Simon Jouï, Parisinus, è Mazarinæo./.

Primum Orationis Latinæ in Gallicam conversæ Præmium tulit, Ludovicus-Alexander Martin, lingonensis, è Marchiano.

Secundum, Jacobus-Franciscus Cerès de Castellas, Parisiensis è Lexoviæo.

Proximè accesserunt.

Theodorus-Edmundus-Anna Le Tort, lingonensis, è Plesiæo; idem Joannes-Baptista Osmont, Rotzomagensis, è Plesiæo; Petrus-Franciscus Franquet, Victoriacensis, è Plesiæo; Carolus-Franciscus de la Mombrière d'Hyenville, Constantiensis, è Regiâ navarrâ; Petrus-Augustinus Quillet, Parisinus, è Lexoviæo; Achilles-Josephus Gojard, Tornacensis, è Regiâ Navarrâ./.

Primum Orationis Græcæ in Gallicam conversæ Præmium tulit, idem Joannes-Baptista Osmont, Rothomagensis, è Plessæo./.

Secundum Joannes-Baptista Theri, hibernus, è Plessæo.

Proximè accesserunt.

Petrus-Jacobus Franquet, Victoriacensis, è Sorbonæ Plessæo; Jacobus Franciscus Cerès de Castellas, Parisiensis, è Lexovæo; Paulus-Laurentius-Testa, Senonensis, è Lexovæo; Sebastianus-Rochus Nicolas, Claromontanus è Grassinæo; Guillelmus Bertin, Americanus, è dormano-Bellovaco; Joannes-Alexander Bertin, Americanus, è dormano-Bellovaco./.

Fourneau
Un-Scribas.

Anno dñi 1756, die decimâ-quartâ mensis augusti, horâ-septimâ matutinâ, habita sunt Comitia præclaræ Artium facultatis in Maturinensi; ad creandos Probatores, sive examinatores, licentiandorum in Artibus. 14. aug.

Post habitam ab amplissimo Rectore orationem appellati sunt à Cl. Pro-Cancellariis Examinatores licentiandorum in Artibus à Meritissimis Cancellariis designati; scilicet, Apud Beatam Mariam, Jacobus Carolus Porte-Lance, Baccalaureus Theologus, pro honorandâ natione; Joannes Seigneur Grammaticæ Professor, in Cardinalitio, pro fidelissimâ; Joannes-Franciscus Georgius Pelvey, Baccalaureus Theologus, pro venerandâ; Michaël Dally, vir Procuratorius, pro constantissimâ: Apud Beatam verò Genovefam; Marcus Treguier, Grammaticæ Professor, in Bellovaco, pro honorandâ natione; Antonius Guy, Magister in artibus septennis, pro fidelissimâ; Joannes-Baptista Gardin, humanitatis Professor in harcurio, pro venerandâ; Stephanus, Gentil, vir procuratorius, pro constantissimâ./

Dimissæ ab amplissimo Rectore Nationes ad deliberandum, ac deinde regressæ, per Ornatissimos Procuratores retulerunt eligi à se et creari Probatores Licentiandorum in artibus, eosdem Magistros, qui fuerunt à meritissimis Cancellariis designati, octo scilicet suprà nominatos. Atque ita conclusit Amplissimus Rector. Et continuò inter ejus manus Sacramentum dixere novi examinatores, præsentibus Pro-Cancellariis.

Digressis Pro-Cancellariis, facta supplicandi Potestate, supplicarunt Jacobus Trollier, Clericus Lugdunæus, ut ne sibi noceat quod in priore Logicorum omiserit dicere se clericum; Carolus-Franciscus-Josephus Roux, ut detrahatur è nomine gentilitio particula le; Petrus Papin, ut inversus cognominum Ordo restituatur; Georgius Desjardins Tullensis, ut addatur bina littera S. nomini gentilitio, adeoque scribatur Desjardins, non Dejardin.

Audito M. Guerin, Syndico; nationes dimissæ ad deliberandum ac deinde regressæ retulerunt se supplicibus omnibus indulgere. Et ita conclusit amplissimus Rector./.

Præterea, Quòd ornatissimus Normaniæ Procurator dixit, Petrum Dumay Clericum tricassinum, auditorem M. Berthe philosophiæ Professoris in Harcurio, litteras Magisterii artium subreptitias apud honorandam nationem obtinuisse, cùm biennium philosophicum non absolverit, rem testante præfato Professore. Re auditâ, Jussus est primum Prior honorandæ nationis Apparitor, ut Præfati Petri Dumay litteras testimoniales afferat, ex quibus gradum Magisterii obtinuit. Quibus visis et expensis compertum est, ad obtinendum gradum Magisterii in artibus Petrum Dumay exhibuisse litteras testimoniales, quibus Mgr Berthe fidem facit primùm biennium philosophicum à Petro Dumay fuisse confectum, sed dein addit clausulam propriâ professoris manu exaratam, excepto eo tempore, quod in physicis fluxit, ab octavâ die Julii ad ferias academicas; quam quidem clausulam legendo præterierunt, æquissimus honorandæ nationis Censor, et peritiæ Candidatorum Probatores. Audito hac de re Mgro Guerin, Syndico, missæ nationes ad deliberandum ac deinde regressæ per ornatissimos Procuratores retulerunt, litteras Magisterii Artium quas obtinuit præfatus Petrus Dumay obreptitias esse ac nullas; aliasque ipsi non esse concedendas, nisi quòd de Studii tempus ritè confecerit, præviaque ac solita examina iteraverit.

atque ita ab amplissimo Rectore conclusum est. /.

Lebel
Rector

28. Aug. Anno Dni 1756, die vigesimâ-octavâ mensis augusti, habita sunt in antecessum Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem in Mazarinæo. Abfuit M. Moreau honorandæ nationis Procurator, Locum ejus tenuit M. Stephanus Lieutaud, Vir Procuratorius.

1°. Supplicarum pro litteris nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii, MM. Joannes Baptista Montagnal, acolythus lugdunensis; Philibertus le Grand, Presbyter Parisinus; Martinus Tussanus Lecrivain Presbyter Parisiensis; de quibus retulit M. Guerin Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum quos audierunt testimonia, ex quibus constat Legitimum Studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Syndico, sua Præfatis supplicibus postulata concedi placuit.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant postremis in Comitiis acta et statuta.

3°. Auditâ ornatissimorum Normaniæ et Germaniæ Procuratorum relatione, de vitâ, moribus et doctrinâ M. Petri Collombet: audito meritissimo Syndico, placuit eidem fieri potestatem aperiendi hac in urbe Pædagogii, sub clientelâ Universitatis.

4°. Quòd dixit amplissimus Rector se, valetudinis causâ, ab urbe mox esse discessurum, nec regressurum nisi sub induciarum academicarum finem: visum est clarissimo Ex-Rectorem, si se dederit occasio, Rectorias vices gerere: Rogatus est verò M. Lieutaud, ut in locum Ex-Rectoris, officium scribæ implere velit.

5° Quòd exposuit M. Morin, rem Collegii Trecorensis pecuniariam pati, ex duobus alumnis, qui in eo bursas obtinuerant, non centum tantùm, sed centum et quinquaginta libellarum summa numeratas, testantibus ac annuentibus M.M. Lallemant et de Neveu, qui ex conclusione Tribunalis Academici in Supremi Senatûs Tabulas relatâ collegii Trecorensis rebus invigilant; quòd verò petiit meritissimus Syndicus, priùs quam de hoc postulato quid quam statuatur expendi, an id petiantur pariter præfati Collegii Statuta: Visum est, hac de re nihil Statui, nisi visis et expensis Collegii Trecorensis Statutis.

Atque ita super his quinque capitibus, audito prius Syndico, ab amplissimo Rectore conclusum est./.

Lebel
Rector

Anno Dñi 1756, die vigesimâ secundâ Septembris Supremum diem obiit 22. 7bris
Vir et amicis, et litteris, et toti academiæ diu desiderabilis, Nicolaus Piat, cui nos in hoc Scribæ officio succedimus. Liceat nobis hîc immorari paulisper et non sine lacrimis parentare ei Viro, qui toto vitæ, heu! nimium brevi, decursu Universæ Academiæ eximio emolumento fuit et ornamento.

Natus in Campaniâ prope fanum S^ti Desiderii ibi primo litterarum haustus institutus, ad robustiora studia Lutetiam profectus, in hoc Barbaræ domo, ubi tum vigebant Musæ severiores, enituit benignâ venâ felicis ingenii. Hinc ad informandam in Collegio Sorbonæo Plessæo quventutem à Sanctissimo simul et prudentissimo Viro Thomâ Durieux, ejusdem Collegii Primario, electus; paulo post Sextæ Scholæ præfectus est. Nec diu in hoc docendi tyrocinio morata Viri egregii industria ad ejusdem Gymnasii Rhetoricam translata est, sine ullâ ambitione. Is enim erat, cujus ingenium semper supra locum, in quo positus erat, eminens, libenter tamen in loco conquiescebat, nec poscebat majora, sed poscerentur. Inter præstantissimos Academiæ Rhetores excelluit, morum non minùs quàm ingenii facilitate, nitore, urbanitate, mansuetudine, cultuque totius Vitæ elegantî. Ex ejus, tanquam ex Isocratis, ore suavitatem expresserat, Scholâ, multi extiterunt, qui, nunc, ab Optimo Magistro non degenerent, Academiam exornant, in docendi provinciâ insignes./.

Tantas Viri dotes ad communem bonum conversas voluit Academia, eumque per omnes honorum gradus ad Rectoratum extulit, quo primus per tres annos continuos, et bis quidem defunctus est. Ibi eluxit mirum in modum ejus prudentia, disciplinæ studium, peritia et dexteritas in rebus gerendis, in regendis animis et ad concordiam publicamque utilitatem flectendis solertia; eo felicius, quòd ipse totus Academiam spiritus sensus suos facillimè transmitteret, expers superbiæ gravitas, comitas cum dignitate conjuncta: multa in singulos ordines contulit, plurimum splendoris apud Regem et aulicos dicendi lepore conciliavit./.

Inde ad gerendum Scribæ munus electus, quâ diligentiâ, quâ fide, quâ religione, quâ peritiâ hoc officio functus fuerit, quam difficilem nobis, qui sanedimus, æmulationem reliquerit, pars horumce commentariorum ejus manu

exarata satis eloquitur.

Ad edocendam in Regio Franciæ Collegio Latinam Eloquentiam, Rollini Successor à Rege electus, famam et Rollini et suam, in eo quoque munere sustinuit.

Aliquot ante obitum annis, apoplexiâ perculsus, quam sibi minimè accessiverat Vir toto vitæ tenore sobrius et in victu temperans, cum sibi ad Scribæ munus obeundum nec linguam, nec manum, nec memoriam satis expeditam esse sentiret, Nos et sibi et muneri quamvis impares, ut ad vicem dum viveret gerendam, sibi post mortem successuri nominaremur ab Academico Tribunali pro meritorum suorum magnitudine impetravit. Reliquos aliquot annos et Deo imprimis, et Academiæ vixit, cujus amorem non priùs quàm vitam dereliquit.

Fourneau
Un-scribat.

2. Octob. Anno dni 1756. die Secundâ octobris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Regiâ navarrâ, apud Magnum ipsius Magistrum, simulque Sigillatio in æde sacra pro more facta est. Locum M. Moreau fato-functi, et M. Vicaire absentis tenuerunt MM. Le Doux et Turquet, Galliæ et Picardiæ Ex-Procuratores.

Nemo supplicavit pro Litteris Nominationis.

1° Pro Licentiâ aperiendi hac in urbe Pædagogii, sub Clientelâ Universitatis, supplicarunt MM. Franciscus Brunet Bituricensis, et Petrus Chartron, Cadursensis. Audito M. Anson Pædagogorum Academicorum Procuratore seu agente: Audito M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, Inquisitores de eorum vita et moribus nominati sunt Ornatissimi Normanniæ et Germaniæ Procuratores.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant acta et statuta in Comitiis diebus 1a et 28a Julii, hec non die 28a Augusti habitis.

3° Quòd diem supremum obiit, die 22a 7bris proximè elapsi, M. Nicolaus Piat, Universitatis et Præclaræ artium facultatis, dum viveret, scriba, quòd que a Tribunali academico M. Guydo-Antonius Fourneau ante duos annos electus fuerat, qui munus Scribæ obiret, et M. Piat decedenti succederet; Lecta et recognita sunt quæ hac de re statuta fuerant in Comitiis die 6a Augi anno 1754. et supremi Senatûs autoritate, requirente Universitatis Syndico, confirmata. Placuit igitur omnibus M. Guydonem-Antonium Fourneau agnosci in Universitatis Scribam, atque, si opus fuerit confirmari, eidemque mandari, ut Tabularii academici accuratam descriptionem, ab Academicis Deputatis deinceps recognoscendam, quam primùm fieri poterit, adornet. Declaravit Normanniæ Procurator, Nationem suam intercedere, ne ullus deinceps adjutor ad officia majora Universitatis, cùm spe successionis eligatur, nisi priùs Ordines Academici consulti fuerint.

4° Lecta sunt et ab omnibus subsignata Rationes accepti et expensi à M. Morin Collegii S. Michaëlis sequestro pro annum 1755.

5° Quòd idem M Morin, dedit libellum supplicem, petijts tenor hic est

Messieurs.

En 1751. des six arpens de terre que le College de Bregnier possede dans le territoire de Vanves, il en fut pris une piece de cinq quartiers par ordre du Roy pour les Carrieres de l'Ecole Militaire, dont un arpent a été entierement foüillé

Suivant le procez-verbal d'estimation deposé chez M. Dutartre Not.re ces terres et toutes les autres en masse ont été estimées 400.tt l'arpent.

Ce même Notaire est seul chargé d'en faire le remboursement sur ce pied là, avec les interets depuis la non-joüissance.

En consequence, Il demande.

1° que le sequestre dud. College soit autorisé par une conclusion de Votre tribunal homologuée au Parlem.t à vendre cet arpent de terre à Sa Majesté, à en recevoir le prix avec les interets depuis que le College a cessé d'en joüir jusqu'au jour du remboursement.

2° que vous en ordonniez l'employ, dont le sequestre fournira quittance dans les delais que vous marquerés, et dont il aura l'honneur de vous rendre compte. Signatum Morin. a paris le 1. oct. 1756.

Audito meritissimo Syndico, placuit praefato supplici annuendum esse quod in priori articulo petit, de altero deliberari.

6° Ad diem septimam hujus mensis octobris indicta sunt generales Universitatis supplicationes.

7° Quòd exposuit meritissimus Syndicus, sibi à Regibus nostris Universitati concessum fuisse, ut ipse, si ita visum fuerit, Unum et alterum Procuratorem eligat, qui, prostito in manus amplissimi Rectoris sacramento, academicas causas in Supremâ Curiâ promoveant ac procurent, iisdem que juribus, privilegiis ac immunitatibus gaudeant, quibus cetera academica membra; aliquot verò abhinc annis, relictum fuisse unum è duobus officiis vacuum; tùm quòd rebus academicis procurandis, dum placidè fluerent omnia, abundè sufficere viderentur Alterius Michaël Basly, Pater et filius, quos Universitas habuit ultimos rerum suarum procuratores, quosque fideles juxtà ac intelligentes, academicaque imprimis Studiosos semper experta est; tùm quòd si quid dissidii inter Utrumque Procuratorem accendat fama aut lucri cupiditas, academicae magis nocet animorum dissentio, quàm prosit consiliorum multitudo: Nunc verò eas occurrere rerum circumstantias, quibus, sine periculo, juribus suis Academia frui possit, et difficillimis temporibus debeat: Nimirùm, si, ita postulante ac requirente praefato Michaële Basly, eligatur in alterum Academiae Procuratorem apud Supremam Curiam M. Danjou, virum morum non minùs quam ingenii facilitate, comitate, urbanitate, cultu que vitae totius eleganti commendabilem: cujus cum peritia ac fide

Sit et plebi et optimatibus notissima, tum maximè academiæ, cujus causas jam semel et iterum, absente Socero suo præfato Michaele Basly, Patre, pari relligione ac diligentiâ tractavit. Audito Syndico, Re in deliberationem ab amplissimo Rectore missâ, Placuit unanimi suffragiorum consensu eligi M. Danjou, Causarum Universitatis Procuratorem et Consiliarium in Curiâ Parlamenti.

Atque ita super his septem Capitibus, audito priùs super Singulis M. Guerin, Syndico, conclusit amplissimus Rector.

Lebel
Rector

7. Octob. Anno dni 1756. die septimâ octobris, habita sunt Comitia generalia et Supplicatoria Universitatis, in Maturinensi.

Primùm in angulo confessum est, ubi supplicarunt pro litteris nominationis jure magisterii artium et quinquennii M. Franciscus Caboche Diaconus ambianensis, et M. Joannes Franciscus Hervæus Monlieu Clericus Bajocensis, de quibus retulit M. Guerin Syndicus, ac dixit: Se vidisse tum eorum litteras magisterii, tum professorum quos audierunt testimonia, ex quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confutum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari: Audito Syndico, suum utrique præfato supplici postulatum concessum est.

Itum est deinde in Comitium, ubi postquam peroravit amplissimus Rector, omnes ordines rata et grata habuerunt quæ gessit in suo trimestri magistratu, ipsi litteras commendatitias decrevere; simulque amplum comitatum exhibuerunt, quantùm fieri potuit, ritè procedenti ad ædem Deo sacram sub invocatione S. Ludovici, in Collegio Mazarinæo.

Pontificem egit Novus præfati Collegii Magnus Magister, M. Salmon; Doctor Theologus et Socius Sorbonicus: Orationem sacram habuit ad populum M. Varré Doctor ex eadem societate: Eucharisticam ad Pontificem M. Le Roy, Eloquentiæ Professor in Cardinalitio.

Lebel
Rector

11. Octob. Anno dni 1756. die undecimâ octobris habita sunt Comitia gnalia præclaræ Artium Facultatis, in Mathurinensi.

Post habitam ab amplissimo Rectore orationem, supplicarunt
de Balore Petrus-Maria Magdalena Cortois de Balore, clericus Divionæus, ut ne sibi noceat quòd nomen gentilitium Balore scripserit per duplicem litteram
Renault rr: Leonardus Ludovicus Renault, clericus Parisinus, ut ne sibi noceat quòd

Scripserit se Renou: Joannes Baptista pillet, clericus arelatensis, ut ne sibi nocat quod non scripserit se arelatensem: Joannes franciscus delfau de Boüillac clericus cadurcensis, ut cognomentum de la Roque ex actis academicis deleatur: Joannes-antonius Robichon de la Gueriniere, subdiaconus bajocensis, ut cursus philosophicus apud Professorem academicum in Collegio Sylvano Cadomi confectus sibi pro uno anno imputetur; nobilis adolescens de Marnezia, ut immunis fiat ab onere scribendi codices philosophicos, ob pectoris debilitatem, quam scripto testatur M. Le hoc Doctor medicus Parisiensis.

Pillet

Delfau de Boüillac

Robichon de la Gueriniere

de Marnezia

Audito de supplicibus M. Guerin syndico, Rector amplissimus dimisit nationes ad deliberandum, tum de supplicibus, tum de confirmandis quatuor-viris manè electis, et confirmandis quæ gessit in suo trimestri Magistratu.

Nationes digressæ, ac deinde regressæ per ornatissimos Procuratores retulerunt 1º se rata et grata habere quæ gessit Amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, ipsi que litteras commendatitias decernere. 2º supplicibus omnibus indulgere. 3º confirmare quatuor-viros manè electos; in honorandâ M. Mouton Litterarum Professorem in Grassinæo, Tribûs Bituricensis Decanum: in fidelissimâ M. Daire, Grammaticæ Professorem, in Mazarinæo: in Venerandâ, M Mercier, Virum Procuratorium, et Baccalaureum Theologum: in constantissimâ M Dally, Virum Procuratorium. Præterea postulavit honoranda natio orationem amplissimi Rectoris in commentariis inscribi, quam sententiam fidelissima et Veneranda secutæ sunt.

Declaravit fidelissimus ordo, sibi gratissimum esse quòd M. Nicolao Piat, dùm viveret, Universitatis et præclaræ artium facultatis scribæ successerit M. Guydo-antonius Fourneau: se tamen postulare, nullum deinceps ad majora Universitatis officia adjutorem nominari, nisi prius ordines academici consulti fuerint. Ad eandem sententiam accessit Veneranda natio. At cùm ea res in deliberationem ab amplissimo Rectore missa non fuisset, neque de eâ auditus fuisset Universitatis syndicus, siluerunt honoranda et Constantissima Natio.

Quatuor-viri, præstito inter manus amplissimi Rectoris sacramento, conclave subierunt; unde digressi, per Magistrum Daire retulerunt fasces Rectorios amplissimo Rectori M. Michaëli Francisco Le Bel fuisse prorogatos, quæ prorogatio ab omnibus libentissimè approbata est./.

Atque ita conclusit amplissimus Rector./.

Lebel Rector

Oct. 1756.

Oratio amplissimi Rectoris.

Non est quod multa vobis verba hodiernis in Comitiis faciam, Proc. Ornat., Lectiss. Quatuor-Viri, Proceres Academici, Cum enim de praecipuis negotiis, de quibus in hoc nostro trimestri magistratu actum est apud tribunal academicum, et de iis, quae vestro nomine privatim gessimus, curatum sit ab ornatissimis Procuratoribus vestrarum in nationum Comitiis ad vos abundè referri: nihil superest in quo hîc tantillum immorari necesse sit. hoc in genere solum efferre possumus, eam extitisse tribus abhinc mensibus in procurandis rebus vestris et diligentiam et animorum concordiam, ut conspirantibus Deputatorum omnium, Procerumque academicorum, qui nostri magnam partem Oneris sustinent, ad idem commune bonum studiis, eae nec ullum passae detrimentum fuerint, nec multo labore, magnâve difficultate confectae.

Unica se, ineunte augusto improvisam obtulit, quae Nos, nihil limito suspicantes, sollicitos aliquandiu tenuit, dubiosque, quid facto opus esset, in multas partes distraxit ac versavit, ut potè, quae magni tunc, majoris in posterum momenti futura esse videbatur. Eam intelligo, quae ad gradus spectat academicos, seu potiùs, ad eam graduum partem, quâ jus obtinendi beneficia omnia, quibus annexa est animarum cura, in Urbibus, quae muris cinctae sunt, continetur. Certiores facti de tacitis Molitionibus, Scriptisque ad Episcopos omnes litteris, ea, primùm congregato extrà ordinem tribunali Academico, adhibitis deinde in Consilium academiae Patronis, praecavimus, providimusque, quae summam celeritatem postulabant, et quae prosequi diligenter, ac sine intermissione opus erit, adeundo, ut fecimus, Illustrissimum Senatus Principem, Procuratorem Catholicum, et Illustrissimum Galliae Cancellarium, Virosque in Dignitate constitutos, qui suo academiam tuentur praesidio, ac benevolentiâ complectuntur, utilemque Nobis gravissimo hocce in negotio praestare operam poterunt. Licet enim Illustrissimus Galliae Cancellarius, quo cum unius fermè horae spatio rem excussimus, multis Nos proceribus Academicis Comitantibus, et qui non negavit in id incumbere Cleri Gallicani nomine agentes, ut aiunt, ut certa conficiatur in universis ac singulis Regni diaecesibus, in quibus gradus academici vim habent, ratio ac distinctio Urbium muris cinctarum et non cinctarum. Licet, inquam, asseruerit rem ad finem suum non tam citò producendum esse, nec posse ullum commodis ac Juribus academicis damnum importare, vimque ipsis facere: Standum tamen semper in speculis esse censemus: quando praeteriti eventus, inflictorumque gradibus Nostris vulnerum Cicatrices, vix ullo unquam medicamine obducendae, documento esse debent, attentioresque Nos praebere ad omnem veluti auram ac sonitum, atque ad ipsam novarum aggressionum suspicionem et umbram arrectos tenere.

G. D'PARIS P.P. EX. 2 SOLS

Nos interea, Proceres academici, quibus ex hoc loco dicentibus ut satis amplam, ita non injucundam dicendi apud vos materiam suppeditaverunt hactenus quæ academiæ in sinu gesta sunt, ex quo ad Rectoriam dignitatem vestra nos Benevolentia sustulit: quam triste Ministerium, quam flebile officium maneret, præcepistis jam animo, et si pectora vestra bene novimus, pro pietate in academiam, pro justissimis pretiosissimorum capitum desideriis, jam acerbè condoluistis; ut nimirum extinctos commemoraremus hodiernis in Comitiis Viros, quos iteratis tres intra menses, id est, ferè continuatis funeribus elatos, sibi que ereptos vidit alma Parens academia: quos quidem ut effusis, quas merentur, laudibus prosequamur ac prædicemus, non temporis brevitas, immo nec dolor sinit, neque ut silentio prætermittamus, debitum à nobis vectigal honoris patitur.

Liceat ergò placidos hic excitare tuos cineres, atque eo, quo possumus, præconio tuæ Virtuti parentare; Academiæ olim nostræ, tum Ecclesiæ Princeps, et generis Nobilitate primùm, deinde verò omnium conjuncto splendore titulorum illustrior, quorum ex distributione in multos summa claritas immitteretur. Etsi ex hoc loco disertissimis linguis sæpe laudatus es, nova tamen laudum tuarum Copia nobis suppetet semper, consecrataque fastis in academicis apud Nos, posterosque nostros, quandiu nata hæc ad immortalitatem academia, tua tandiu memoria perstabit: nec tua tantùm, sed et totius Stirpis, quæ, si Regia dici debet, quòd Regiæ Stirpis luce splendida, suâ etiam origine dignos gignat Principes: aliquâ etiam ratione potest appellari academica, quòd Plures è suis propensissimâ ergà academiam Voluntate, academicis imbui doctrinis, moribus informari, titulis fulgere, decorarique infulis semper voluerit.

Brevissimo interjecto tempore, post raptum immaturo funere, in ipso ætatis flore et robore, cùm et Ecclesiæ præsidium evadere poterat, ut decus jam et exemplar virtutibus suis factus fuerat, Serenissimum Principem, quem academiæ firmissimum deinceps columen futurum sperabamus: adfuit tribunal academicum exequiis fidelissimi scribæ, qui omnibus nostris honoribus, hacque ipsâ, quam gestamus, purpurâ, iterùm iterumque decoratus est. Si qui splendorem hujus ordinis præclarissimi docendo amplificant, resque vestras cum fide ac dexteritate tractando, singulare in Vos Vestraque omnia studium profitentur et ostendunt, vestrâ existimatione et benevolentiâ, dum vivunt, luctu et desideriis, postquam vixerunt, dignissimos judicatis; fuit profectò, cur Virum, cujus in memoriam hac oratiunculâ revolvimur, antequam fato fungeretur, coleretis, amaretisque: cur eundem de academiâ tam egregiè meritum, est nunc, cur sincero dolore amissum comploretis. Ecquis enim vestrum est, quem fugiat, quam nobilem locum clarissimos inter, quos celeberrima Parisiensis Schola complexa fuerit, Magistros, doctrinæ copiâ, facilis ingenii divite venâ,

ejusdemque salientis et expediti lepore et venustate obtinuerit? rursùs, quia ignorat quâ urbanitate morum, amœnitate indolis, festivi animi salibus innocuis mereretur, ut inter suavissimi commercii viros annumeraretur! quod autem in hocce Academico cœtu ad inflammandum defuncti desiderium potissimum est, quis nescit quàm vehementi studio, quàm tenero affectu hujus Academiæ jura, usus, res omnes, quas unus maximè omnium noverat in antiquis Annalium nostrorum assiduè diligenter que versatus monumentis, complecteretur, facundissimus semper cùm de Universitate aut artium facultate præclarâ aliquid disserendum erat.

Nostræ hujus laudationis, quantulacunque sit, in partem quoque ut veniat Ornat. Galliæ Procurator, novissimo loco defunctus, et vestri de illo sensus facile patientur, et nostræ etiam in eum voluntati concedetis Magistrum eâ morum simplicitate, eo animi candore quem probi omnes amant, ipsaque probitas fatetur; et sibi vindicat, eâ vitæ innocentiâ et sanctitate, quam nemo non veneratur; eâ et pietate in Deum, et in Ecclesiam reverentiâ, quam in sermonibus ac colloquiis, publicis in lectionibus et philosophicis in scriptis agnoscere erat: cui multos per annos, quos in operoso docendi munere consumpsit, unica voluptas fuit, labor indefessus, studium pacis, concordiæ, caritatis, et in adimplendis omnibus sacerdotis Religiosi, Magistri verè Academici, Viri justi et sinceri officiis diligentia ac fidelitas singularis./.

27. Oct. Anno dni 1756. die vigesimâ-septimâ octobris, habita sunt Comitia generalia præclaræ artium facultatis, in Maturinensis, ad creandos censores.

Post habitam ab amplissimo Rectore orationem, factâ supplicandi potestate, supplicarunt, pro immunitate ab onere scribendi Josephus Rollandus Dubourg, Rhodonensis, et Claudius Gibert mimatensis, uterque auditor M. Magdonoc in Plessæo; ille ob infirmitatem pectoris, quam scripto testatur M. de la Sourdiere, Doctor Medicus Parisiensis; hic ob frequentem sanguinis sputationem, ita testante M. le Bouteillier, Doctore medico Parisiensi; Petrus Clerle de la Goutte, strictæ observantiæ ordinis Cluniacensis expressè professus, ut omissum nomen Clerle in catalogis prioris anni restituatur: Joannes Baptista Montagnat acolythus lugdunensis, ejusdem strictæ observantiæ expressè professus, ut nomen de cozances, è catalogis deleatur; Petrus Dumay, clericus tricastinus, cujus litteras Magisterii obreptitias declaravit die 14a augusti proximè elapsi præclara artium facultas novas exhibuit, quibus M. Berthe fidem fecit Petrum Dumay lectiones suas de novo excepisse, à die quartâ octobris, ad diem vigesimam tertiam; petiit præfatus supplex, ut declarare velit præclara artium facultas, an ipse decreto die 14a augusti lato satisfecerit.

Dubourg
Gibert
de la Goutte
Montagnat

Audito de supplicibus syndico, Dimissæ nationes ad deliberandum et ad creandos censores per ornatissimos Procuratores retulerunt. 1o se supplicibus indulgere. 2o Petrum Dumay abundè satisfecisse præclaræ facultatis decreto,

in eâ parte, quæ ad studii tempus pertinet. 2º Rogandum esse M. Berthe, ut litteras testimoniales, pro more, iniri velit à Remigialibus. 3º à se creatos fuisse Censores, in honorandâ M. Germain, Gymnasiarchum in Montano: in fidelissimâ, M. Le Bon, Grammaticæ Professorem in Mazarinæo: in Venerandâ M. Germanum Allain, Baccalaureum Theologum: in Constantissimâ, M. Kink, virum Procuratorium, Licentiatum Theologum. Tùm novi censores solitum inter amplissimi Rectoris manus Sacramentum, coram Præclarâ artium facultate præstiterunt.

Atque ita ab amplissimo Rectore conclusum est. /. Lebel Rector

Anno Dñi 1756., die sextâ novembris, hæbita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem, in Mazarinæo. Primùm adfuere M. Joannes-Baptista-Nicolaus Boyer, novus Medicinæ Decanus, et M. Ludovicus-Franciscus Thiboust, novus Galliæ Procurator. 6ª nov.

1º Supplicarunt pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, M. Claudius-Rosalia Bouvier, Acolythus Parisinus: M. Joannes-Stephanus Le Roux, Diaconus Lauduniensis: M. Renatus Préverel, Diaconus Bellovacus: M. Petrus Menessier, Subdiaconus Parisinus: M. Nicolaus Bouzo presbyter Nannetæus: M. Joannes-Ludovicus Petrus Humelot Diaconus Rothomagæus; de quibus retulit M. Guerin Syndicus ac dixit, se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum quos audierunt testimonia, ex quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita; in quibus omnibus nihil desiderari, nisi quòd M. Joannes-Josephus Le Roux, in Catalogis omiserit dicere se Joannem: et M. Preverel nec tonsuræ, nec Magisterii artium litteras exhibuerit. Audito Syndico, suum præfatis supplicibus postulatum concessum est, eâ lege tamen ut duobus posterioribus litteræ non expediantur, quin ille priùs nominis errorem emendari curet, hic verò, quæ desunt instrumenta, exhibeat.

2º Lecta et recognita sunt, quæ fuerant postremis in Comitiis acta et statuta. /.

Nov — Decemb — 1756

3°. 3°. Supplicavit M. Alexius de Bras, Artium in præclara facultate Magister, pro licentiâ aperiendi hac in urbe Pædagogii, sub clientelâ Universitatis. Audito M. Anson Pædagogorum academicorum Procuratore seu agente; audito M. Guerin Syndico, nominati sunt Galliæ et Normanniæ Procuratores, qui de supplicis vitâ, moribus et Doctrinâ inquirant.

4°. Auditâ relatione ornatissimorum Normanniæ et Germanniæ Procuratorum, de vitâ, moribus et Doctrinâ MM. Brunet et Chartron; audito meritissimo Syndico, Placuit fieri utrique potestatem aperiendi hac in urbe Pædagogii, sub clientelâ Universitatis.

5°. Quòd exposuit meritissimus Syndicus M. Franciscus Guerin Labefactari in dies privilegium illud Universitatis, unde fit ut magni ejus muneris sint à militari hospitio immunes: Placuit rogari Amplissimum Rectorem, ut assumptis secum Majoribus Universitatis officiariis, nuntiorum ejus causam tueatur et defendat.

6°. Quòd dixit amplissimus Rector, eam ab initio fuisse Nuntiorum Academiæ majorum conditionem, ut officia sua non resignare quidem, sed per liberam ac voluntariam abdicationem ejurare: alium que civem Parisiensem Nationibus, quibus ejusmodi officia conferendi jus competit, præsentare, qui sibi succedat, si ita Nationi, ad quam collatio pertinet, visum fuerit: hanc verò abdicandi viam fuisse occlusam, eo Universitatis decreto, quo Nuntiaturum pretium ad trecentas libellas adauctum est; ita ut abhinc tempore, ne unus quidem abdicaverit, non sine aliquo et nuntiorum, et Nationum, et Castelleti Parisiensis damno. Sibi itaque videri, ut trecentis, quod nuntii Majores portalant, ducentas relaxandas esse libellas, ubi officia per liberam ac voluntariam abdicationem vacant. Audito Syndico, Placuit hac de re consuli singulos Præclaræ artium facultatis ordines, utpote cui competit unà prædicta nuntiorum officia conferre.

Atque ita super his sex capitibus, audito prius Syndico, ab Amplissimo Rectore Conclusum est./.

Lebel
Rector

4. Decemb. Anno Dñi 1756. die quartâ Decembris habita sunt comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, apud Amplissimum Rectorem, in Mazarinæo.

1°. Supplicarunt pro litteris Nominationis juris Magisterii artium et quinquennii, MM. Franciscus Vincentius Robertus Siroy, nunc Presbyter Rothomagensis: Martinus Franciscus Alexius Soublin, Diaconus Sagiensis; Franciscus Hyeronimus d'Eurre de Glaunes, Presbyter Valentinensis: Petrus Maria Magdalena Cortois de Balore, Acolythus Divionensis: Petrus Cesle de la Goatte Presbyter Aduensis; de quibus retulit M. Guerin Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Profes-

rum quos audierunt testimonia, ex quibus constat de legitimo studii tempore ab iis rite confecto, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari; nisi quod M. Cortois de Balore, nomen gentilitium de Balore per duplicem litteram L in litteris Magisterii artium perperam scriptum afferat: M. vero Cleste de la Goutte nomen gentilitium Cleste, in iisdem litteris omissum. Audito Syndico, placuit præfatis supplicibus sua postulata concedi, eâ lege, ut duo posteriores nominum errorem emendari curent.

2°. Lecta et recognita sunt, quæ fuerant postremis in Comitiis acta et statuta.

3°. Auditâ relatione Ornatissimorum Galliæ et Normanniæ Procuratorum de vitâ, moribus, et Doctrinâ M. Alexii de Bras, ambianensis, placuit ei fieri potestatem aperiendi hac in urbe Pædagogii, sub clientelâ Universitatis./.

4°. Quod ornatissimi quatuor nationum Procuratores, earumdem nationum conclusiones retulerunt de relaxando nuntiatum per liberam abdicationem vacantium pretio; quæ sic erant, ut fidelissima et veneranda natio non nisi centum et quinquaginta libellas relaxari annuant, amplissimus Rector, audito priùs Syndico, cum his duabus nationibus 150tt. tantum relaxari conclusit. Quod verò tres Nationes, scilicet, honoranda, fidelissima et Constantissima Petro Basset Nuntiorum Majorum, ut aiunt, Clerico, ex eâ summâ duodecim libellas numerari voluerunt; Gratiæ etsi adventum revocandæ intercessit Normanniæ Procurator, et intercessionis actum postulavit.

5°. Ad diem veneris decimam hujus mensis decembris indictæ sunt generales Universitatis supplicationes.

Atque ita, super his quinque capitibus, audito priùs Syndico conclusit Amplissimus Rector.

Lebel
Rector

Die Jovis nonâ ejusdem mensis decembris, amplissimus Rector, et Præclara artium facultas, more antiquo, interfuerunt solemni sacro apud FF. Prædicatores./. 9. Decemb.

Fourneau
un scribe

Anno dni 1756. die decimâ decembris habita sunt Comitia Centuriata Universitatis, in Maturinensi 16. decemb.

Primùm in angulo consessum est, ubi factâ supplicandi potestate, supplicarunt pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii

M. Antonius Vincentius de Mesplez Presbyter Lascurrensis; M. Petrus-Josephus de Rochemore, acolythus Nemauzeus: M. Maria Josephus de Goaslard de Teraube, acolythus Lutorensis: M. Michaël Antonius Paris, acolythus Parisinus; de quibus retulit M. Guerin Syndicus ac dixit se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum quos audierunt testimonia, ex quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse rité confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. Audito Syndico, sua præfatis supplicibus postulata concedi placuit.

Posteà ad Sacramentum accessere novi librarii, Joannes-Baptista Guillelmus Meslier; Philippus Dyonysius Langlois: Ludovicus-Nicolaus Prevost: Ludovicus Cellot; à M. Thiboust præsentati.

Deinde ventum est in Comitium, ubi, postquam peroravit amplissimus Rector, omnes ordines grata et rata habuerunt, quæ gessit in suo trimestri Magistratu; eoque nomine, litteras commendatitias decrevere: simulque præbuere amplum Comitatum rité procedenti, ad ædem Deo Sacram sub invocationi S. Stephani è Gressibus.

Ibi sacris operatus est M. Secondi Doctor Theologus, Socius Sorbonicus, Capituli Capicerius: Concionem habuit ad populum M. Sepher, Doctor Theologus, ex eadem Societate Sorbonicâ, et B. Mariæ Pro-Cancellarius: Eucharisticam ad Pontificem M. Meslier, Grammaticæ Professor in Cardinalitio, Capituli S. Stephani è Gressibus Canonicus. /. atque ita conclusit amplissimus Rector

Lebel Rector

Anno dni 1756., die decimâ sextâ decembris, habita sunt Comitia generalia præclaræ artium facultatis in Maturinensi.

Post habitam ab amplissimo Rectore orationem, factâ supplicandi potestate, supplicarunt, Franciscus-Josephus Emmanuël de Crustol, Clericus Parisinus, ut nomen in Catalogis varié scriptum, prædicto ordine restituatur: Joannes-Josephus le Roux, ut omissa particula le, in Catalogis restituatur: Martinus-Alexius-Franciscus Loublier, Diaconus Sagiensis, ut cognomina Martinus et Franciscus in litteris Magisterii artium prætermissa addantur: Ut immunes fiant ab onere scribendi codices philosophicos, Joannes-Carolus-Maria de Lombard, antiquæ observantiæ cluniacensis expresté professus, Clericus Lugdunensis, propter oculorum debilitatem, testante M. Aslelin, Doctore Medico Parisiensi: Georgius-Browne, et Felix Ô-neill., hyberni, hic ob pectoris, ille pulmolum debilitatem, quam scripto testatur M. Hosty Doctor Medicus Parisiensis: Emmanuel, Gabriel de Maulde, clericus Parisinus propter ophtalmiam à pueritiâ testante M. Le Monnier Doctore Medico Parisiensi; et Carolus, Georgius Fenoüillot Bisuntinensis, visu et pectore debilior, ita testante M. Vielliard Doctore Medico Parisiensi: supplicarunt denique Henricus Couanier Deslandes, Clericus Cenomanensis et Antonius-Justinus Marseille Clericus Parisinus, ut ne sibi noceat quòd Medicorum Parisiensium gussu patriam repetere coacti, Lectiones philosophicas per totum biennium assidué ac diligenter excipere non potuerint: Claudius-Carolus Mirroz, Presbyter Lauzannensis, ut ne sibi noceat quòd codices philosophicos propriâ manu exceptos, ita testante M. Mac-donack, amiserit. /.

de Crustol.
Le Roux
Loublier
de Lombard
Brown.
Oneill.
de Maulde
Fenoüillot
Deslandes
Marseille

1756 Decem 26.

Audito de Supplicibus Syndico, Rector amplissimus Nationes dimisit ad deliberandum de iis, deinde de confirmandis quatuor Viris manè electis, demum de probandis, quæ gessit.

Nationes digressæ ac deinde regressæ per oratissimos Procuratores retulerunt 1° se Supplicibus omnibus indulgere. 2° grata et rata habere quæ gessit amplus Rector in suo trimestri Magistratu, eoque nomine litteras commendatitias decernere. 3° Confirmare quatuor Viros manè electos: in honorandâ Natione, M. Germain, Collegii Montani Primarium: in fidelissimâ, M. Vallé, Philosophiæ Professorem in Cardinalitio; in Venerandâ, M. Sanson, Grammaticæ Professorem in Regiâ Navarrâ: in Constantissimâ, M. Gentil, Virum Procuratarium.

Quatuor Viri, præstito inter manus amplissimi Rectoris Sacramento, conclave subierunt: unde digressi, per M. Vallé retulerunt, fasces Rectorios amplissimo Rectori. M. Michaëli Francisco Le Bel suisse prorogatos. Quæ prorogatio ab omnibus libentissimè approbata est./.

Atque ita concessit amplissimus Rector.

Lebel
Rector

Index officiariorum, Consiliariorum, Beneficiatorum, et Clientium Universitatis curatorum per decursum anni 1756. receptorum.

Officiarii Majores.

Die vigesimâ secundâ Septembris, diem supremum obiit M. Nicolaus Piat, Universitatis Scriba: cui successit M. Guido-Antonius Sourneau, Scriba-coadjutor; electus cum spe futuræ successionis die 4. Aug. 1754. Sacramentum quod præstiterat, non iteravit. Sourneau

Beneficiati.

Die decimâ tertiâ Maii, M. Mathurinus Le Riquet du Frêne, Presbyter Venetus à Consultissimâ Facultate, juxtà ordinis vias, ad unam è Capellaniis Savoïsianis, vacantem per obitum M. Andreæ Pottier, præsentatus et ad illud beneficium, die decimâ sextâ Junii, ab Universitate nominatus est, et præstitit Sacramentum./. Le Riquet du Frêne.

Consiliarii.

Die Septimâ octobris Dangou, Consiliarius Procurator Universitatis in Supremâ Subsidiorum Curiâ./ Dangou

Apparitores.

Librarii

Die decimâ nonâ Martii sacramentum prastitit, Joannes Jacobus Samson, ad M. Thibout, praesentatus./

Die decimâ decembris Sacramentum prastitere Joannes-Baptista Gaillelmus Mestivier, Philippus-Dionisius Langlois: Ludovicus-Nicolaus Prevost: Ludovicus Cellot, novi Librarii./

Papetarii, Pergamenarii, Religatores.

Nullus.

Magni Nuntii

Ex Natione Gallicanâ

asselin de Villequier. Die decimâ septimâ Februarii, M. Stephano Moreau, Procurator, et Natio Gallicana contulerunt Joanni-Francisco-Alexandro Asselin de Villequier, Civi Parisiensi, munus et officium Nuntii-jurati Universitatis pro diœcesi et Archi-Episcopata Auscitanensi, vacans per obitum Joannis Allé, civis quoque Parisiensis./

Ex picardicâ Natione

Nullus.

Ex Natione Normanicâ.

de Basseville. Die vigesimâ-tertiâ Octobris, Michaël Aselin, Procurator, et Normanica Natio contulerunt Joanni-Baptistæ de Basseville, Civi parisiensi, munus et officium Nuntii-Jurati, pro diœcesi et Episcopatu Sagiensi, vacans per obitum Vincentii-Benedicti de Lan, civis quoque Parisiensis./

Ex Natione Germanicâ.

Regnaudin-agde Die Septimâ Maii, Jacobus Geoghegan, Procurator, et Natio Germanica contulerunt Francisco Regnaudin-agde, civi Parisiensi, munus et officium Nuntii Jurati, pro diœcesi et Episcopatu Brandeburgensi, vacans per obitum Joannis-Ludovici Douillette, civis quoque Parisiensis./

De La Mire de Mory Die nonâ Septembris, Jacobus Geoghegan, Procurator, et Natio Germanica contulerunt Francisco-Joanni de la Mire, Comiti de Mory, Civi Parisiensi, munus et officium Nuntii Jurati, pro diœcesi et Archi-Episcopatu Bragensi, vacans per obitum Michaëlis Pinemaille, civis quoque Parisiensis./

Fourneau

Univ. et practicæ Artium facult. Scriba.

G. D'PARIS P.P.EX. 2 SOLS

Acta
Commentarii et Conclusiones Universitatis Parisiensis per decursum anni Millesimi — Septingentesimi quinquagesimi Septimi.

Anno dñi millesimo Septingentesimo quinquagesimo Septimo, die Sextâ Januarii, horis matutinis, atrocissimi facinoris subitus referalis venit nuntius, Ludovici Latus impiâ manu vulneratum, pridiè vesperi. In periculo Regis, quo nullus unquam populis carior extitit, cives omnes primùm cohorrescere, dein, fixis in terram oculis, mærore ac sollicitudine perculsi obstupescere, demùm cùm in tam acerbo casu unicum videretur perfugium Deus, in templa incredibili frequentiâ confluere, aras manibus amplecti, votis ardentibus non sine lacrimis divinam opem Regi ac Regno exposcere. Rector, assumptis secum Comitibus Universitatis Syndico, Scribâ et Quæstore, Versalias convolavit, eos quos gerit animo Primogenita Regum Filia, Sensus Dilectissimo Parenti significaturus. Ad ipsum Regii Cubiculi limen penetravit Rector, ibi que ab Illustrissimo Duce de Richelieu, nobili Regis Cubiculario honorificè exceptus est: ita ut, cùm è vestigio ad Ludovicum Lecto decumbentem, sed è tanto discrimine manifesto ac singulari Dei beneficio jam liberum Universitatis sensus detulisset Dux Nobilissimus, eos sibi esse gratissimos responderit Rex Optimus. 6 Janua.

Eâdem die Rector amplissimus Illustrissimum Galliæ Cancellarium, et Illustrissimos Comites de St. Florentin et Dargenson adiit, a quibus singulis Universitatis Studium maximè laudatum est./

Singulis posthac diebus, donec Rex convaluerit, ad Rectorem Epistola a D.D. Dargenson missa fuit, quâ de Rege erat./

Fourneau

Anno dñi 1757, die octavâ Januarii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Mazarinæo; Quibus in Comitiis consederunt ipse amplissimus Rector D. Michaël-Franciscus Le Bel: M. Franciscus-Benedictus Roche, Theologicæ Facultatis Syndicus, Locum tenens Decani: M. Paulus-Carolus Lorry, Juridicæ Facultatis Decanus, et M. Joannes Baptista Nicolaus Boyer, Saluberrimæ: M. Ludovicus Franciscus Thiboust, Galliæ; M. Antonius Vicaire, Picardiæ; M. Michaël Asselin, Normaniæ; M. Jacobus Geoghegan, Germaniæ, Procuratores: Magº Francisco-Nicolao Guerin, Syndico seu Procuratore Generali: Mgro Guidone-Antonio Fourneau, Scribâ, et M. Paulo Hamelin, quæstore generali./ 8. Janu.

1º Supplicarunt pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, M. Alexander Franciscus Chapillon, Diaconus Parisinus: M. Claudius Michael Cornu, Subdiaconus Bellovacus: M. Joannes Rouillard, Presbyter Noviomensis: M. Matthæus Dumas, Diaconus Matisconensis: M. Petrus Carolus de Biencour, Subdiaconus Senonensis; de iis retulit M. Guerin, Syndicus ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de quinquenni studiorum cursu ab iis ritè confecto,

cetera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari: Audito Syndico, cum præfatis supplicibus postulatam concessum est./.

2° Lecta et recognita sunt, quæ fuerant superioribus Comitiis acta et statuta.

3° Quòd dixit ampl. Rector accessisse ad se tenuis fortunæ Virum, nomine Boivin, e Agri Le Moine Sorbonæ, dum viveret, Senioris famulum; eundem que, non sine lacrimis exposuisse, bis millium libellarum summulam, longâ servitutis mercedem, anno 1742, sibi ad quinquennium, in Collegium S. Michaelis ab ejus administris fuisse constitutam; sub eâ conditione, ut hoc usura foret ab omni onere, atque etiam decumano aut vicesimo tributo immunis; conditionem hanc fuisse ab inito contractu religiosè servatam: nunc verò Mgro Morin acto sequestro mandari, ut ab eo recedat, pro tempore futuro ac præterito; adeo que censura hoc anno numerare desinat; hoc verò si executioni mandetur, inediâ se et fame hoc anno ejus peritarum. In iis rerum suarum angustiis petere (quandoquidem Regiis edictis obtemperandum est, ex quibus præfata conditio nulla et irrita cadit) causam sic dividi, ut in posterum à sequestro vicesimæ lineantur, præterito relaxentur, habitâ ratione contractûs. Sine fraude initi. Res in deliberationem missâ, pro re Academicâ petiit Syndicus M. Guerin, Edicta Regia servari: Vicesimas partes quas Boivin accepit et acquirere non debuit, ab eo repeti; de modo repetendi deliberationem totam Deputatorum prudentiæ reliquit. Audito Syndico, M. Astelin, Normaniæ Procurator interuenit ne de summo jure quidquam remittatur. Cæteris omnibus Deputatis visum est Mo Morin sequestro mandari. 1° vicesimam quamlibet aut decumanam partem Regiis edictis constitutam retineat. 2° Collegii S. Michaëlis jura in superiores vicesimas aut decumanas reservet. 3° harum summam definiat, et cum præfato Boivin subscribat./.

Atque ita super his tribus capitibus, audito primo Syndico, concluserit amplissimus Rector./.

Lebel
Rector

28. Jan. Die Veneris vigesimâ-octavâ ejusdem mensis Januarii, amplissimus Rector et præclara artium facultas interfuerunt solemni sacro, quod ad memoriam D. Caroli-Magni in ædè Navarricâ celebrari solet, ex institutione V. C. Cæsarii Egasse Du Boulay. Dicta erat oratio panegyrica, si dedisset oratorem Maria Picardica, cujus vices recurrebant./.

Fourneau

29. Janu. Die Sabbati vigesimâ-nonâ, Majorea Universitatis officiarii cereos pro more detulerunt minoribus Magistratibus.

Fourneau

31. Jan. Die Lunæ trigesimâ-primâ amplissimus Rector, Decani, Procuratores, cum adjunctis, officiariis Majoribus, et omnibus apparitoribus cereos detulerunt Serenissimo Aurelianensium Duci, singulis que Supremarum Curiarum Principibus. Absente Illustrissimo Archi-Episcopo Parisiensi ad ædes ejus cereus per officiarios delatus est, et in manibus ostiarii traditus./.

Fourneau

Die ~~Nonâ~~ primâ Februarii, idem amplissimus Rector, Decani, Procu- 1. Febru.
=ratores, cum adjunctis, officiariis majoribus, et omnibus apparitoribus
~~Cantulerunt~~ se Versalias, ibi que cereos Regi, Reginæ, Serenissimo Del=
=phino, Serenissimæ Delphinæ, Serenissimo Burgundiorum Duci, et Illustris=
=simo Franciæ Cancellario obtulerunt. Ubique amplissimus Rector, orati=
=ones subiit tersas ac nitentes, personis ac rebus appositè apposita,
maximè verò apud Regem, Universitatis nomen, et quam ipse sibi jam=
=dudùm fecit Oratoris disertissimi famam egregiè sustinuit, vel ipso Rege
teste ac judice, qui postquam eum audivit de atrocissimo facinore pero=
=rante, Gallorum que ac præsertim Universitatis in tanto discrimine, tam
que acerbo et ingruvisto casu sensus explicantem, manantibus circumstan=
=tium aulicorum lacrimis, conversus ad eum dixit: Je suis obligé à mon
Université des sentimens que vous venés de me temoigner: asurés la de mon
estime et de ma protection.

Surreau
Scriba

Die tertiâ Februarii, amplissimus Rector et præclara artium facultas 3. Febru.
interfuerunt solemni sacro, quod fit pro Magistris Academicis vitâ defunctis,
apud fratres Prædicatores.

Surreau
Scriba

Anno Dñi 1757, die quintâ Februarii, habita fuit Comitia Ord= 5ª Februarii,
=inaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in
Mazarineo.

1º Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et
quinquennii M. M. Joannes-Lazarus Sauteleau, Aciphrus Aduensis;
Camillus Motte, Diaconus Lugdunensis; Stephanus Dionisius Damas, —
Presbyter Parisinus; Leonardus Robillard, Presbyter Nivernus; Michaël Al=
=bertus le Chevalier, Diaconus Constantiensis; Franciscus de Chevanes, Diaconus
Aeduus; De iis retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum
litteras Magisterii, tum professorum, quos audierant, testimonia, ex quibus constat
de legitimo studii tempore, ab iis ritè confecto; cæteraque instrumenta ad hanc
supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari, nisi quod M.
Franciscus de Chevanes, eâ quâ par est reverentiâ non supplicaverit, quâ
de causâ postulare se pro re academicâ, prædictum de Chevanes repulsam
pati, et ad proxima comitia supplicem rejici. Quod cùm audivisset M.
de Chevanes, jam non ridens sed quasi lacrimans Comitium regressus,
indecori risûs temeritatem, ut pueri facere solent, commilitones ineunte
excusavit, veniamque humillimè petiit, et obtinuit. Igitur, audito merit=
=issimo Syndico, Vilum est in supplicibus omnibus sua postulata
concedi.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus Comitiis acta et statuta. /.

3° Supplicavit M. Maria Andreas Maugue, Parisinus, Artium Magister in præclarâ facultate Parisiensi, pro licentiâ aperiendi hac in urbe pædagogii, sub clientelâ Universitatis. Audito M. Anson Pædagogorum Academicorum agente: Audito M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, nominati sunt Ornatissimi Galliæ et Normaniæ Procuratores, qui de supplicis vitâ, moribus, et doctrinâ inquirant. /.

4° Quòd ex conclusione, die vigesimâ-octavâ mensis Julii proximè elapsi latâ, facta fuit M° Blavet Archi-tecto Jurato potestas id quod residuum est rerum cum Viro honesto Mangin operum in domo academicâ suburbii San-germani confectorum redemptore generali controversarum æstimandi; quòdque, re diligenter expensâ, pronuntiavit M. Blavet debitam esse prædicto Mangin summam, quam proposito memoriali libello petiit: Quæstori Universitatis mandatum est, ut summam 914# 1s 5d M° Mangin solvat. /.

5° Ad Tribunal academicum accessit M. Broste de St Laurent, licentiatus in utroque Jure, Canonicus Mimatensis; exposuit sibi rem esse in Castelleto Parisiensi, cum Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Mimatensis, de Juribus eorum qui student in Universitate Parisiensi, petiitque Universitatem ad causam suam accedere. Audito M. Guerin Syndico, placuit hac de re consuli Universitatis Consiliarios forenses. /.

Atque ita super his quinque Capitibus, audito priùs Syndico, ab amplissimo Rectore conclusum est. /.

Lebel
Rector

17. febr. Anno Dñi 1757, die decimâ-septimâ Februarii, intereà dum sigillatio ab apparitoribus fiebat in æde sacrâ Regiæ Navarræ, habita sunt apud Magnum ejusdem Collegii Magistrum Comitia extra-ordinaria Deputatorum Universitatis, per schedulas, more solito, convocata. Abfuit M. Roche Theologiæ Syndicus, datâque ad amplissimum Rectorem Epistolâ, excusari se postulavit, quòd gravissimis negotiis impeditus Comitiis interesse non possit. Adfuit M. Basly Junior, Causarum academiæ apud Supremum Regis Consistorium Patronus.

Dixit amplissimus Rector, requirentibus Ornatissimis Procuratoribus, haberi Comitia extra-ordinem, de Causâ M. Vignolles, Doctoris Theologi: ad quam, privatis nominibus, accessissent sacram et saluberrimam facultatem Theologicam facultatem accessionis suæ instrumentum denuntiavisse, non sub vulgari Theologicæ facultatis nomine, id est sub nomine Decani, et Doctorum Theologorum in Universitate Parisiensi; sed sub extra-ordinariâ appellatione Doctorum Regentium; eundemque titulum M° Vignolles ibidem fuisse attributum; petiisse eandem facultatem per Syndicum suum, ut ad hanc causam

accedat Universitas; deinde ne accedat: Consultos fuisse singulos Academiæ ordines, consultos pariter Jurisconsultos peritissimos; Videndum nunc quid sentiant.

Cùm quæstionis statum paucis exposuit M. Guerin, Syndicus, ac dixit; notam esse omnibus Litem, quæ, apud Supremum Regis consistorium pendet de foro adjudicando Magistris Vignoles Doctori Theologo Parisiensi, et Dupont Burgundo Juris Baccalaureo in Universitate Tolosanâ: Summam rei esse Canonicatum et Præbendam in Ecclesiâ Collegiatâ S. Severini Tolosanensis ab utroque petitam; Controversiæ verò præsentis statum, an res sit, ex privilegiis Universitatis Parisiensis, quòd contendit M. Vignoles, intra Civitatis muros à Castelleto parisiensi judicanda; an verò à Supremâ Parlamenti Tolosani Curiâ, ut defendit M. Dupont. Igitur deliberandum nunc esse, utrum Universitas M. Vignoles, duodecim ab annis et amplius tùm generales Universitatis supplicationes, cùm Theologicæ Facultatis actus publicos ac Comitia cum jure suffragii frequentantem, cætera quæ Magisterii in Theologiâ munia assiduè ac diligenter exercentem, inter eos Magistros recenseat ac recognoscat, quibus Universitatis privilegia à Regibus nostris concessa sunt; maximè verò, illud quod primum ac præcipuum est, non trahi extrà muros Civitatis. De ipsâ re, nullam esse apud Viros academicos deliberationi locum; de actionis, postulare se pro re academicâ audiri M. Darly referentem quid ipse sentiat cum aliis Consiliariis, quos secum deliberaturos assumpsit.

Audito Syndico, M. Darly excusari se petiit, quòd consiliariorum consulta scripto tradere per tempus sibi non licuerit: eorum autem hanc esse summam.

1° extra quæstionem excurrendum non esse, ne Scholaritatis privilegium non Doctoribus tantùm qui Comitia frequentant cum jure suffragii, sed omnibus indiscriminatim competere, defendatur.

2° Accedendum esse ab Universitate ad causam M. Vignolles; non solùm propterea quòd, salvis et integris Academiæ juribus, causâ ipsâ cadere non possit, sed etiam quòd, cùm speciali nomine Theologica et celeberrima Facultas ad hanc causam accesserint, periculum immineat ne, quæ unica ac totius Universitatis est, quorum Academicorum defensionem singuli ordines, vel etiam aliquâ singulorum ordinum procerea sibi tribuant.

3° accedendum sub hac clausulâ, nec Speciales Theologicæ et celeberrimæ facultatis actiones, nec Appellationem Doctorum Regentium, iis qui Theologicæ facultatis Comitia frequentant in libello ejusdem facultatis memoriali consignatam approbet.

Audito de his tribus Syndico, de in deliberationem ab amplissimo Rectore missâ: Censuit M. Lorry Jurium Decanus, cùm petierit Theologica Facultas primùm ut Universitas accedat, deinde ne accedat, huic petitioni standum esse; maximè, quòd græ postera Consultissimo ordini videatur Universitatis actionis; eandemque in aliud tempus reservari, si forte, quòd absit, causâ cadat M. Vignoles. Ornatissimi Galliæ, Picardiæ, Normaniæ et Germaniæ Procuratores graviter conquesti sunt quòd decori minùs et Academiæ nonnulla in supplemento libelli memorialis sub nomine Theologicæ Facultatis vulgato congesta fuerint, contrà jura ac

privilegia nuntiorum ejus: nihilominus tamen cum Sapientissimo Medicinae Decano censuerunt omnes, ad causam M. Vignoles, universitatis nomine accedi, conditionibus à meritissimo Syndico appositis, ut ne Specialis Theologiae et medicinae accessiones, aut Doctorum Regentium appellatio in libello memoriali consignata, ut dictum est, approbentur./.

Atque ita conclusit amplissimus Rector./.

Lebel Rector

5. Mart. Anno dni 1757. die quintâ Martii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Mazarinaeo. adfuit primùm M. Martinus Martin, novus Jurium Decanus.

1°. Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. hermannus Josephus de La Cour, Presbyter Cameracensis; floridus andreas Maupetit, subdiaconus Lugdunaeus; Caprasius Bregnon, Diaconus aniciensis; Carolus-franciscus-Josephus Roux, acolythus Boloniensis: Petrus Nicolaus Caqueray de Vallolive, Diaconus Rothomagensis; Jacobus-Franciscus de Breda de Trosly, Diaconus Sylvanectinus; Jacobus-Ignatius Le Senne, Presbyter audomarensis; andreas-Dionisius-Julianus Colombet, Diaconus Constantiensis; Josephus Favre, Diaconus Genevensis; augustus-Caesar Duriez, acolythus ambianensis; Ludovicus Rondet, acolythus Rothomagaeus; De iis retulit Mgr Guerin, Syndicus, ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm professorum quos audierunt, testimonia, ex quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse rité confectum, caeteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari; nisi quòd Mgri Bregnon et de Trosly litteras tonsurae non exhibuerint, Audito Syndico, Placuit praedictis Supplicibus eâ lege indulgerit, ut litteras tonsurae exhibeant./.

2°. Lecta et recognita sunt quae fuerant Superioribus Comitiis acta et statuta.

3°. Auditâ relatione Ornatissimorum Galliae et Normanniae Procuratorum relatione quâ M. Maugue Parisinus instituendae et gubernandae juventuti idoneus, eo que nomine Universitatis clientelâ dignus esse visus est, Placuit ei potestatem fieri aperiendi hac in urbe pedagogii.

4°. Ad diem decimam octavam hujus mensis Martii, extraordinario ritu in Ecclesiâ S. Genovefes celebrandae, ob servatum Dilectissimum Regem, Generales Universitatis Supplicationes./.

5°. Quòd dixit Amplissimus Rector Versalias venisse Universitatis Remensis Rectorem, cum tribus Deputatis Consultissimae, Saluberrimae et Praeclarae artium facultatum Decanis in eâdem Universitate Remensi, Ludovico Bene-amato potenti Dei numine servato gratulatarum; simul que numismata recens excusta oblaturum, quibus, hinc effigies est Eminentissimi Cardinalis è Lotharingiâ, Archi-Episcopi, dum viverit, Remensis et praedictae Academiae fundatoris; inde, ejusdem Universitatis insignia: honoris causâ accessisse ad se

eundem Rectorem cum præfatis Deputatis, et Universitatis Remensis nomine obtulisse almæ Matri Universitati Parisiensi quatuor è dictis numismatibus ex argento. Audito Rectore, visis numismatibus, Placuit ea in manibus amplissimi Rectoris relinqui, eumdem que rogari, ut Universitatis Parisiensis nomine ad Remenses honorificè rescribat, et amoris, ac grati animi sensus, pro suâ facundiâ, exprimat ./.

Atque ita super his quinque Capitibus, audito prius Syndico, ab amplissimo Rectore conclusum est ./.

Lebel
Rector

Anno

Anno dni 1757. die octavâ Martii, feriâ tertiâ secundæ in Quadragesimâ Hebdomadæ, horâ septimâ Matutinâ habita fuit, pro more antiquo, Comitia Universitatis in maturinensi, ad aperiendum rotulum. 15. Mart.

Audito ac requirente Syndico, M. Francisco-Nicolao Guerin, Placuit retineri antiquas consuetudines, atque adeò Rotulum nominationum aperiri.

Atque ita concluserit amplissimus Rector ./.

Lebel
Rector

Aperto Rotulo, amica ac pacifica habita est deliberatio, quæ, ea, quibus diutiùs flagrat Universitas, inter ordines dissidia componat, ac insimul, intentatam apud Supremum Senatum litem. Deliberatum est de singulis articulis, ad academicarum rationum formam pertinentibus, quos, in Comitiis die primâ Julii proximè elapsi, Normanica natio sibi minùs probari iterum atque iterum declaravit.

De Acceptis.

1° Capite primo, de variis academiæ Nominibus: Quod petit Veneranda natio, in primum acceptorum caput, nullâ factâ exceptione, referri deinceps omnia et singula academiæ nomina, eo consilio, ut, iis quæ per decursum anni expedita non erunt in priori rerum repetendarum capite recensitis, de statu rei academicæ liquidò constet: Placuit rem ita fieri, ut accepti et expensi codicibus singulis annis brevis addatur rerum academicarum descriptio (gallicè brefetat) quâ, collatis inter se academiæ nominibus, constet, an ipsa sit in ære alieno, vel suo ./.

2° Cap. 2° de Nuntiis Universitatis Majoribus. Placuit id, juxta morem antiquum restitui, quod unâ cum scribentis excitantiâ prætermissum; nempe, officium Nuntiis à Nationibus conferri ./.

3° Cap. 3. 4. 5. 7. et 8°: de Jure clientari Universitatis, seu obventionibus censualibus: Visum est eorum nomina accuratè describi, qui domos in dominio academiæ cum onere censûs annui acta possident; ac præterea, si qui eorum novam quam vocant declarationem (gallicè titre Nouvel) nondum fecerunt, ab iis quam primùm exigi; in quâ, fide obligatâ spondeant, nec le nec

suos quos dicunt causam habentes, suas quas habent in praefato Dominio domos, hominibus jugis mancipii quâcumque ratione alienaturos, prout in ipso primitivae venditionis instrumento causum est./.

4° Cap. 9° Quòd nonnulla cum Communitate S.ae Barbarae finienda remanent, rem in se suscepit amplissimus Rector./.

5° Cap. 11° de censu Universitatis annuo in Basilicam Urbis à Rege constituto; Quòd petit Normanica natio, ut ne sex tantum priores numerentur censuâ annui menses, sed ipse totus annuus census quantus est; eâ lege tamen, ut si quae pars ejus soluta non fuerit, ipsa capite de rebus repetendis secundo, ex acceptis distrahatur: Visum est à formâ hactenùs receptâ et typis excussâ non recedi; priùs quàm novae typis mandentur rationum academicarum formulae./.

6° Eodem capite, de Collegio hubantino, vulgò de Lave maria, quod observavit eadem natio cavendum esse ne nomina in praefatum Collegium academiae multis ab annis constituta cassa evadant ac inania, ne ve usurae consistant: Placuit rogari venerandum ordinem, ut duos è suis Magistros nominare velit, qui negotium hubantinum promoveant; iisdemque polliceri nihil consilii et autoritatis ex parte Tribunalis academici sibi esse defuturum./.

Atque ita super his sex capitibus ad primam rationum academicarum partem quae acceptorum est pertinentibus, audito priùs super singulis syndico, conclusit amplissimus Rector./.

Lebel Rector

De expensis.

Capite 1° Quòd petit veneranda natio adstringi articulos 1. 2. 3. 5. 10. 16. — 18. 21. 27. 28. 33. 34. et 35. Explicari verò articulos 4. 7. 8. 9. 15. 17. 25. 32. et 37./.

Ad primum, Visum est in antecessum, servari articulos qui ex conclusionibus Tribunalis academici instituti sunt; servari pariter articulos quos antiquus Majorum usus praescribit; atque adeò Placuit,

1° Servari art. primum de Rectorio censu quingentarum libellarum; tum ob conclusionem latam die 2.a Januarii 1734; tum maximè quod proxime immineat tempus, ubi census ille academiae oneri non erit./.

2° Servari art. secundum, de erogandâ pauperibus academiae alumnis nonagintaquinque libellarum summâ, singulis annis; ex conclusione latâ die secundâ decembris 1742./.

3° Servari art. tertium, de annuo apparitorum amplissimi Rectoris stipendio; visis et expensis ab anno 1701. rationibus academicis, iisdemque de causis./.

4° Servari art. quintum, de annuâ syndici 540.tt pensione, ob conclusionem latam, die 4. Februarii, ordinibus consultis./.

5° Servari art. decimum, de administris S. yvonis, re à Quaestore fidelissimo luculenter explicatâ./.

G. D. PARIS P. P. EX. 2. SOLS

6° Servari art. decimum-sextum, de Cereis minoribus Magistratibus oblatis, ab officiariis Universitatis Magoribus, quod res ita se habuerit ab initio./. 6°

7° Servari art. decimum-octavum, de Cereorum distributione Versaliis; Placuit, tum cum singulis ordinibus communicari tabulam, quam elaboravit vir Clar. de Academia praeclare meritus, ejusdemque, dum viveret, scriba fidelissimus M. Nicolaus Piat; quâ quidem tabulâ accuratissimè describuntur, quae Universitatis Quaestor Parisiis, Versaliis, in solemnibus Academicae supplicationibus, in Comitiis Deputatorum ordinariis et extra-ordinariis, in celeberrimâ Cereorum solemnitate, datâ qualibet occasione, ex academico more erogat; ab eâ verò tabulâ (gallicè tarif) sine gravi causâ non discedi; his maximè temporibus ubi laborat academica res./.

8° Articulos 21. de .27. de abbate S. Joannis in Vineis; 28. de Nobilissimâ DD. desgranges: 33. 34. et 35. de regio tributo, quod vicesimum appellant; satisfecit Quaestor fidelissimus./.

9° Ad alterum, eos scilicet articulos quos Venerandus ordo à quaestore fusius explicari petit, post habitam eorundem explicationem à Quaestore, in iis nihil visum est quod ordinum academicorum approbationem morari debeat./.

10. Cap. 2° Unum petiit articulum expungi Normanica natio, videlicet undecimum, qui ad Clericum Nuntiorum-Juratorum spectat; Visum est hujus articuli disceptationem, salvis tribunalis academici conclusionibus ad alia Comitia remitti./.

11° Adstringi petiit articulum 2um de Musicis concentibus ante paucos annos in solemnes Academiae supplicationes introductis. Re diligenter expensâ, visum est antiquis moribus standum est, ita tamen ut cum omnia academicè, id est, modestè ac simpliciter; honestè nihilominus et ad rei dignitatem componantur../.

12° Articulos 4. 5. et 10, eâ probibilitate explicuit Quaestor, ut sibi fuisse factum satis libenter confessus fuerit ornatissimus Normaniae Procurator./.

13° Cap. 3° ne unus quidem fuit articulus, quin ab omnibus Deputatis illicò fuerit recognitus../.

14° Auditâ cap. 4° explicatione, visum est non dari deliberationi locum./.

15° Capite ultimo, quod Normanica natio sex libellarum stipendium in Comitiis ad excipiendas rationes academicas habitis attributum revocari petebat: annuente ejus Procuratore, Placuit servari quod de eo statutum est anno 1748.

Atque ita super his quindecim Capitibus, audito de singulis M. Francisco Guerin Syndico, ab amplissimo Rectore conclusum est./.

Lebel
Rector

18. Mart. Anno dñi 1757. die decimâ-octavâ Martii habita sunt Comitia generalia et supplicatoria universitatis, in Maturinensi.

Primùm in angulo confessum est; cum que nullus supplex praesentem se sisteret,

Itum est in Comitium, ubi Rector amplissimus eloquentem habuit orationem de Ludovico dilectissimo è maximo discrimine, manifesto ac singulari Dei beneficio, liberato.

Omnes ordines rata et grata habuerunt quaecunque gessit amplissimus Rector in suo trimestri magistratu, ipsi que litteras commendatitias decrevere, simul que amplissimum comitatum exhibuerunt incredibili astantium frequentiâ itura ad aedem Deo sacram sub invocatione Beatae Genovefes, apud Canonicos Regulares abbatiae Regalis S. Genovefes, atque inde reditura.

Pontificem egit M. Leganet, Doctor Theologus: Cantatus est hymnus Eucharisticus Te Deum; Sacra concio habita non est, nec Eucharistica ad Pontificem./.

Fourneau

24. Mart. Anno dñi 1757, die vigesimâ-quarta Martii, habita sunt Comitia generalia praeclarae artium facultatis, in Maturinensi.

Post habitam ab amplissimo Rectore orationem elegantissimam, factâ supplicandi potestate, supplicarunt Joannes-Ludovicus d'Uston de Bonnac, Diaconus Parisinus, ut reformetur nomen gentilitium Bonac ad litteras Baptisterii; Josephus favre, Diaconus genevensis, ut ne sibi noceat quod in catalogis scripserit se aniciensem; Josephus-Nicolaus henry, abrincinus ut Cursus philosophicus per biennium Cadomi confectus, in Collegio Sylvano (quod ex Academiae Cadomensis Diplomate constat) pro uno anno habeatur; Antonius Quislac, Clericus Claromontensis, ut immunis fiat ab onere scribendi codices philosophicos ob pectoris infirmitatem, testante M. Dubourg-Barbeu, Doctore Medico Parisiensi: Renatus-Jacobus-Claudius fretel de hauteville, Constantiensis, ut immunis fiat ab onere scribendi codices philosophicos, propter oculorum debilitatem, quam scripto testatur M. Cantuel Doctor Medicus Parisiensis./.

de Bonac
favre
henry
Quislac

Audito de his supplicibus M. Guerin, Syndico, Rector amplissimus dimisit nationes ut de iis deliberarent, confirmarent que quatuor Viros matutinis Comitiis Electos. Petiit insuper ut grata et rata haberentur quae gessit in suo trimestri magistratu, sibi que litterae commendatitiae decernerentur.

Nationes à privatis deliberationibus regressae per singulos Procuratores retulerunt, se rata et grata habere quae gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, eo que nomine litteras illi commendatitias decernere. Supplicibus omnibus indulgere: Confirmari Quatuor Viros matutinis Comitiis Electos, videlicet, in honorandâ, M. Ludovicus Caillard, Censorem ejus et Baccalaureum Theologum; in fidelissimâ M. Wallet, Grammaticae Professorem in Regiâ Navarrâ; in Venerandâ M. Michaelem Astelin, Exprocuratorem, et litterarum Professorem in harcurio; in Constantissimâ M. Geoghegan, Procuratorem et Baccalaureum Theologum; Demum postulare se elegantissimam

amplissimi Rectoris Orationem in Commentariis Universitatis inscribi.

Quatuor Viri, praestito prius solemni sacramento, Conclave ingressi sunt, moxque digressi per Mgrum Wallet retulerunt se fasces Rectoriae M. Michaeli Francisco Le Bel prorogavisse; quae prorogatio ab omnibus nationibus confirmata fuit.

Et ita in omnibus conclusit amplissimus Rector ./.

Lebel
Rector

Oratio amplissimi Rectoris.

Superioribus in Comitiis nec multa nec multis de negotiis verba apud vos fuimus, quae cum ponderis alicujus esse viderentur, de illis ad Vos à Nobis referri necesse arbitrabamur. Interjectum duntaxat ab Octobris Comitiis duorum circiter mensium intervallum effluxerat, quo tempore Magistratus, publicae rei Procuratores et administros, uno verbo, plerosque Viros in dignitate constitutos, quorum sine operâ Confici nihil poterat, quod nostra permagni referret, alios ad itandum in villas et reditandum autumnalis tempestas invitabat, alios ad finem Justitii rusticaturos forenses feriae in agris detinebant. Inde mirum accidere non debuit, quòd pauciora, ne dixerim propemodum nulla Academiae nomine et gratiâ absolvere poenes nos non fuerit, licet aliqua jam dudùm inchoata, semperque suspensa; summâ urgere diligentiâ, et omni, quâ licuit sollicitatione non destitissemus. Illa ijtur omnia denuò aggredi, et ex illis secreta, quae maximam celeritatem postulabant, novo persequi studio statuimus, et felicem ad exitum invictâ animi pertinaciâ perducendo, desideriis aliquando vestris, nostrisque Cursibus, Epistolis, ~~sollicitatio~~ sollicitationibus, et sollicitis et ferè quotidianis finem afferre. Quas quidem cùm difficultates commemoramus, quas exorbere, curas, quas suscipere, cautiones, quas adhibere Nobis opus fuit, in eo praecipuè negotio, quod ad novam viginti millium Libellarum accessionem pertinet, et iis, si unquàm aliàs, maximè dubiis temporibus, quibus nihil fixum est apud Nos, nihil certum praeter Vicissitudines quotidianas et inveteratas dissentiones quae densissimam Noctis Caliginem rebus fermè Universis Regni, Themistae, Religionis offundunt. Quorumdam etiam meminisse juvat et mentionem facere, quae operam ac sollicitudinem Nostram, nec Nostram tantùm, sed et Meritissimi Syndici, fidelissimi Scribae, Quaestoris integerrimi (quibus, ut non minimam in se laboris et industriae partem receperunt, ità partem meriti successûsque maximam jure ac libenter attribuimus) non allevabant mediocriter et demulcebant. Ea scilicet Nos dulcissima Cogitatio recreabat maximè et erigebat, quod medio in oppositarum partium studio et calore, in eo aestu, qui tot animos rapiebat; bellicos apparatus inter, et armorum, quae undique circumsonabant, fremitus, renascentis almae in Academiae sinu cerneremus suboriri atque clarescere pacis amicam Lucem, ejus sensim explicari radios et confirmari; eòque omnium converti oculos, et

conspirare vota, ut lætior revirescere inter nos concordia, nec deinceps illorum stirps ulla dissidiorum repullularet, quibus litteratorum societas, id est, Virorum doctrinis liberalibus excultorum et humanitate politorum decoratur, experientia que funestior edocet, ordines cùm florentissimos tùm etiam firmissimos, vel concussis, ex quibus coalescunt, partibus labefieri ac deflorescere, vel dissociatis, dissolvi paulatim ac sine spiritu concidere. Ita eramus affecti Academici Proceres, sicque negotii, quod nos imprimis tangebat, cursum promoveramus, ut obtento tandem Regii Consilii consulto, accessio viginti millium libellarum à Rege nobis concessa in tuto posita esset, fruique optimi Principis beneficio, servatis ac stabilitis nostris Juribus, quantum id difficillimis temporum adjunctis fieri posset (demptâ nempe omninò clausulâ, quæ tantam nobis molestiam creaverat, sans que l'université puisse se representer pour être augmentée, sous quelque pretexte ou pour quelque raison que ce soit.) frui liceret. Supererat impetrandum Diploma Regium, (gallicè, Lettres patentes) sine quo Regii Consilii consultum inscribi in Commentariis Supremæ Regiarum rationum Curiæ non poterat. Sed expectandum erat, donec imprimendorum Regiorum sigillorum tempus recurreret. Ad alia nos interim negotia accingebamus, et quæ otii intervalla nobis relinquebantur, ea habendis unum ante mensem vestro nomine et in aulâ et in urbe solitis orationibus concedere propositum erat: Cum Ecce atrocissimi facinoris, Meditatæ Regiæ Cædis et tentatæ, ferali nuntio tanquam fulmine primùm perculsi, deinde horrendo tam pretiosi Capitis periculo anxii, desistere ab incæpto coacti fuimus, ac de Ludovici salute unicè solliciti, quid in simili et tam acerbo casu facto opus esset, inquirendum sedulò et properè exequendum judicavimus. Convolavimus Versalias cum Majoribus Universitatis officiariis de Carissimâ Valetudine, nomine Universorum Academiæ Ordinum, eos percontaturi Ministros, ad quos pervadere possemus, ipsisque, et per ipsos Dilectissimo Parenti significaturi luctum et mœrorem Primogenitæ Regum Filiæ, fidelitatisque, obsequii ac pietatis nova pignora daturi. Res successit prosperè, et quàm amanter, tam prudenter à nobis factum fuisse eventus comprobavit. Penetravimus ad ipsum Regii Cubiculi Limen, ubi pro annuo muneris sui exercitio Nobilissimus Dux de Richelieu adstabat. Excepit nos exquisitâ illâ, quâ mirum in modum pollet, urbanitate, respondit que benevolè, sensus Academicos è vestigio esse Regi à se declarandos. Adiimus insuper separatim Illustrissimum Galliæ Cancellarium, et Illustrissimos Comites DD. de St. Florentin et Dargenson, Regni administros; iique tres laudaverunt studium et fidelitatem Universitatis, à se maximè comprobari novum ergà Regem optimum amoris argumentum amicissimis verbis, ne dicam erumpentibus lacrimis testati sunt, significaverunt sensus Universitatis jam Regi apprimè compertos esse, nec minimum de id ipsi dubium subesse: Cæterum affirmarunt omnes, à se eâ ipsâ die et horâ, quibus regem primum adituri essent, de tam laudabili nostrâ sollicitudine ac justissimo dolore cum este certiorem faciendum. Versaliis reversi, singulis post diebus litteras ab Illust. V. DD. Comite Dargenson accepimus, quæ, quomodo

Rex se se haberet, indicabant; donec ipsa periculi umbra depulsa fuerit, quod quidem non post multos dies contigit.

Vix à metu gravissimo recreati fuimus, atque à dolore, quo fueramus oppressi, ad Laetitiam felici conversione traducti, cum solitas orationes, intermista ferè omni negotio, quod differri posset, elaborare sic studuimus, ut non tam me verba facere, quam vos meâ voce uti, ut affectus ostenderetis vestros, putaturi fuissetis. In id potissimum incubui, ut sinceras pietatis, inviolatae fidei, constantissimi obsequii (quae quidem in me vigere sentiebam) sensus, quos animis penitùs infixos fovetis, fideli dulcioris et quam maximè possem flexanimae orationis imagine Regi dilectissimo referrem. Alto silentio fixoque obtutu audiit Princeps optimus, verè paternâ manu ac visceribus commotis Primogenitae filiae tenerrimâ pietate vota Universitatis cum oblato cereo excepit, dixitque, Universitatis repetito amanter nomine, et verbis clarioribus sibi suam Universitatem in pretio haberi, suumque ipsi astertum esse praesidium, ad eam referri jussit. Et benevolè admissâ, et auditâ libenter, et habitâ honorificè fuit Universitas ab iis deinde omnibus, quos de more solemni pompâ salutavit.

Post quàm satis constitit novum fiduciae suae argumentum à Rege datum fuisse Illust. Comiti de St. Florentin, ad eum se se solito comitatu contulit Tribunal Academicum, atque de novo Regiae voluntatis et fidei signo, salutatorio, ut aiunt, modo ipsi gratulati fuimus. Innatâ comitate et mansuetudine respondit vir Illust., benevolum se ergà Academiam testificans, dixitque se, quotiescunque tempus se daturum esset, nullum elabi passurum, quin egregiè ac libentissimè sua officia in ordinem tot titulis apud se non solùm, sed et apud Principem commendatum conferat.

Illustrissimum invisimus pariter Regii aerarii Praefectum DD. de Moras, primùm quidem gratias ipsi acturi pro subsignato Regii consilii Consulto, quod tàm diù et tàm enixè efflagitaveramus; deinde verò, officiosissimis verbis affirmaturi, academiam magno gaudio fuisse perfusam, cum novo munere decoratum esset, et rei nauticae praepositum acceperat cum rei publicae administrum, quem patronum recenti argumento suum experta erat, seque experturam semper esse non immeritò confidebat. Laetissimo vultu nos admisit vir urbanissimus, mansuetoque aesponso et iteratis promissis laetos dimisit. Id nobis inter alia dixerat, sibi quidem esse compertum, nondùm ditiorem hoc Regis Beneficio factam fuisse Academiam, sed magnitudinem beneficii non ex ipsâ re concessâ, sed ex voluntate concedentis et ex temporum difficultate aestimandam esse.

Tandem ne vos longiori tractu sermonis detineam, redeo ad negotium, a quo paulo ante deflexi orationem, quod que vos adhuc tenebat nobiscum sollicitos; Consultum dico pro accessione novâ, quod hesternâ die in supremae Regiarum rationum Curiae tabulas relatum est. Quâ in re Illustrissimi ejusdem Curiae Principis DD. de Nicolai Patrocinium; Viri clar. DD. Le long, consulti cognitoris, viri in Academiam nostram propensissimi studium, immo Curiae totius Curiam praefatum consultum gratis referentis in suas tabulas, tam efficanter experti fuimus munificentiam, ut majorem in nos exprimere non potuisset./.

2. April. Anno dni 1757, die secundâ aprilis, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Mazarinaeo./. Primum adfuit M. Stephanus Deschamps, Normaniae Procurator./.

1° Supplicarunt pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Joannes Ludovicus d'usson de Bonnac, Diaconus Parisinus; Jacobus-Nicolaus Touchard Presbyter Rothomagensis; Joannes-Nicolaus Plet, Subdiaconus Parisinus; Joannes-Philippus Alexander Lambertin, clericus Cameracensis; Carolus-Ludovicus Jorand, Subdiaconus Noviomensis; Carolus Antonius Lamier, Presbyter Ebroicensis: Antonius Dominicus Revol, Diaconus Audomarensis. De iis retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, ex quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, ceteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari; nisi quòd M. Lamier quinquennii uno tenore minimè confecti in Theologicis et Philosophicis cursum accuratè minus describat; M. Verò Revol litteras testimoniales à M. Le Fevre, Professore Sorbonico, subsignatas afferat, quae aliquam difficultatem patiuntur. Audito Syndico, placuit supplicibus indulgeri, eâ lege, ut M. Lamier inordinatam studiorum descriptionem reformet; M° Verò Revol non expediantur Litterae Nominationis ac quinquennii, donec omnis tollatur difficultas./.

2° Lecta et recognita sunt quae fuerunt in Comitiis deputatorum Ordinariis, die quintâ Martii habitis acta et statuta. Ea verò quae de petitis a Normanicâ Natione statuta sunt quâ die apertus est rotulus postulavit Scriba ~~de~~ priùs communicari cum Normaniae Exprocuratore, ~~[illegible]~~

3° Accesserunt Sodalitii D. Caroli Magni Administri, iidem que postulaverunt, ut de acuto nuntiatuum pretio aliquid relaxetur, vel sibi potestas fiat à Singulis Majoribus nuntiis annuum sex libellarum tributum exigendi. hanc in rem nominati sunt Sap. Jurium Decanus et ornatissimus Picardiae Procurator, qui cum meritissimo Syndico et Scribâ geminam nuntiorum postulationem expendant./.

4° Quòd, datis ad amplissimum Rectorem Litteris Cives Clameciacenses iterum atque iterum rogant, id quòd ab ipsis, anno 1722, jam fuisse postulatum testantur Commentarii universitatis, nimirum ut Collegio Clameciacensi et Regii Litteris tandem instituto liceat se in tutelam et Patrocinium Universitatis recipere: Rogatus est meritissimus Syndicus M. Franciscus Guerin, ut, communicatis cum Ornatissimis Galliae et Germaniae Procuratoribus consiliis, rem diligenter expendat, ac de eâ proximis Comitiis referat./.

Atque ita super his quatuor Capitibus, audito prius Syndico, conclusit amplissimus Rector./.

Lebel
Rector

Anno dñi 1757. die Aprilis, horâ septimâ matutinâ, habita est in maturinensi Synodus Beneficiatorum academicorum.

Postquam Amplissimus Rector Synodum aperuit, jussit appellari Beneficiatos, quorum nomina pro Universitatis libram hoc ordine recitata sunt.

Pastores Ecclesiarum Parochialium.

M. Christophorus Bellot, Licent. Theol. Pastor Ecclesiæ Parochialis SS. Cosmæ et Damiani.

M. Claudius Leger, Magister in artibus, Pastor Ecclesiæ Parochialis S. Andreæ ab arcubus.

M. Joannes Baptista Antonius Cotelle, Licent. Theologus, Pastor Ecclesiæ Parochialis S. Germani Senioris; ab Universitate inter majores Beneficiatos ultimò nominatus, designatus Venerandæ Normannorum Nationis.

Capellani.

M. Carolus Tabourin, in artibus Magister, Capellanus Capellaniæ Bæ Mariæ in Ecclesiâ parochiali S. Andreæ ab arcubus.

Capellaniarum Savoësianarum.

M. Franciscus Carolus Dufour, Sacri ordinis Decanus, et Ecclesiæ Parisiensis Canonicus.

M. Petrus Stephanus Gourlin, Baccalaureus Theologus.

M. Franciscus Brenet, Baccalaureus Theologus, et Grammaticæ Professor, in Harcurio.

M. Joannes Clemens Gervais, Doctor Theologus, et Regiæ Navarræ Magnus Magister.

M. Mathurinus Le Nigen du Fresne, Baccalaureus in utroque Jure, ab Universitate inter minores Beneficiatos ultimò nominatus, designatus Constitissimæ Jurium Facultatis.

Capellaniarum de Castelleto

M. Petrus Meurice, Licentiatus in utroque Jure.

M. Julianus Chabrun, Baccalaureus Theol.

M. Petrus Mathurinus Vaillant, Baccalaureus Theol. et Humanitatis Professor, in Mazarineo.

Apr 1757

Capel. Capellaniarum de Thesauro Regio.
M. Franciscus Witaste de Fontaine, licent. in utroque Jure.
Vir Venerabilis Franciscus Mont-chablon, Pastor in dioec. Catalaunensi

Absuere M. Tabourin, Dufour, Gervaise, le Riquer du Fresne, Vaillant, Witaste et Mont-chablon. Exceptis MM. Vaillant et Witaste omnes, per universitatis scribam, sonticam absentiae causam attulerunt.

Audito M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, Placuit laudari praesentes, praesertim vero Pastores Vigilantissimos; excusari absentes qui causam absentiae sonticam dedere, qui non dedere mulctâ solitâ pleni.

Atque ita concluxit Amplissimus Rector.

Lebel
Rector

1° Habitâ Synodo academicâ, postquam recitatae beneficiarii Academici, lecta et recognita sunt quae de rationibus academicis acta et statuta sunt in comitiis apud Mathurinenses habitis die decimâ-octavâ Martii, ubi apertus est nominationum rotulus.

Quibus lectis et recognitis

2° Placuit omnibus, Laudari fidem ac diligentiam M. Caulet Chamelin, quaestoris integerrimi.

3° Declaravit M. Asselin normannia Procurator nationi suae factum fuisse satis; adeoque animum se, ejusdem Venerandae nationis nomine litem de rationibus academicis apud Supremum Senatum intentatam pro nullâ ac revocatâ habere; cujus declarationis actum postulavit, quem ei libentissimè concessit Amplissimus Rector.

4° Quòd petiit idem procurator omnes singularum partium sumptus ad praefatam litem pertinentes ex communi Universitatis aerario depromi; de in deliberationem missâ, audito Syndico, rogatis dictis quae sententiis, tandem annuit placuit, et lege, ut in commentariis Universitatis discretè annotetur, id Venerandi Ordinis votis fuisse concessum, pacis unicè ac concordiae revocandae causâ, et absque eo quòd res in exemplum trahat./.

Atque ita, superbis quatuor capitibus, audito prius Syndico, ab Amplissimo Rectore conclusum est./.

Lebel
Rector

Anno dñi 1757., die septimo maii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, apud ampl. Rectorem, in Mazarinaeo. Primùm adfuit. M. Leo Alexander Tustanus Provost d'oricourt, novus Picardiae Procurator./. 7. Maii.

1° Supplicarum pro litteris nominationis jure magisterii artium et quinquennii MM. Franciscus-Josephus Rogier de Janaillac, Aulythus Lemovix; Joannes-natalis Dupuis, Presbyter Bellovacensis; hilarius Patour, Presbyter ambianensis; Augustinus-Antonius Aldebert, Presbyter Minutensis; natalis-Jacobus Lormiu, Subdiaconus Carnutaeus; Augustinus Perdu, Presbyter ambianus; Simeo Navieres, Diecenus, Lemovix. De iis retulit M. Guerin, Syndicus ac dixit, se videsse tùm eorum litteras Magisterii, tum Professorum quos audierunt testimonia, quibus constat de legitimo studii tempore ab iis rite confecto, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari; nisi quòd M. Rogier de Janaillac in litteris tonsura dicatur de Baune. Audito Syndico, suum praefatis supplicibus postulatum concessum est, eâ lege ut M. Rogier de Jan=aillac praedictum arorem reformari curet./.

2° Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus Comitiis acta et statuta./.

3° Ad excipiendas Academiae rationes indicta est dies Lunae sexta Junii./.

4° Auditâ de Collegio Clamiciaco deputatorum relatione, ex concl.° Latâ die 2° Aprilis proximè elapsi; Visum est, antequam ipsum in Univ.ti fidem, curam ac clientelam recipiatur, sequentes quatuor conditiones à Primoribus Urbis Clamiciacensis exigi. 1° Urbem nunquam esse nominatu=ram Magistros, nisi qui Magisterii gradum in Praeclarâ Artium facultate consecuti fuissent. deinde, eam non alios admissuram quùm saeculares. 3° non passuram alios à suis magistris legi et explicari quàm optimae notae autores, expurgatos, purae Latinitatis, quibus utitur Academia Parisiensis. 4° tandem eam provisuram sedulò curaturamque, ut nulli suum in Collegium inducantur ritus, nulla invehatur consuetudo, nulla lex admittatur, quae legibus, statutis, et usibus Universitatis Parisiensis repugnent. Rogatus est Amplissimus Rector, uti, ad Cives Clamiciacenses humaniter, pro more suo, rescribat; requiratque, an Urbi placeant appositae condi=tiones./.

Atque ita super his quatuor Capitibus, audito prius Syndico, conclusit Amplissimus Rector./.

Lebel Rector

4. Jun. Anno dñi 1757., die quartâ Junii, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Mazarinæo.

1° Supplicarunt prò litteris nominationis jure Magisterii Artium et Quinquennii M.M. Antonius Franciscus Ainselin, Presbyter Ambianensis; Jacobus Journu Diaconus Burdigalæus; Ludovicus Carolus Benoist Presbyter Sylvanectensis; de quibus retulit M. Guerin, Syndicus ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse ritè confectum; cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit præfatis supplicibus annui./.

2° Dixit idem meritiss.us Syndicus conclusioni latæ die 2° aprilis 1757, factum fuisse satis à M. Antonio Dominico Revol; exhibitas que ab eodem litteras testimoniales Studii in Theologiâ ritè confecti, quæ nullam difficultatem patiuntur. Itaque Placuit Litteras nominationis ab Universitatis Scribâ requirenti M. Revol expediri./.

3° Lecta et recognita sunt quæ fuerant Superioribus Comitiis acta et Statuta./.

4° Quòd verba facta sunt Virum honestum Claudium Carolum Thiboust Universitatis Biblio-Typographum juratum nuperis diebus è vivis excessisse; Quòd que Vidua ejus Maria Carolina Picard de Maison-Rouge, statim post amissum conjugem, cùm Amplissimum Rectorem non posset valetudinis causâ absentem invisere ad salutandum; cum litteris adierit, rogans, ut è, quam suus maritus ejusque jam olim Patres, avi atque atavi operam in arte suâ præstitissent, ea sibi ab Academico Tribunali, si gratam habuisset prædicti sui viri fidem diligentiamque, continuaretur: Novum hoc Universitatis beneficium ergà se suumque filium, qui nunc in ejusdem muneris olim exercendi spem in uno è Collegiis Academicis instituatur, se prò summo honore, atque eximio benevolentiæ testimonio habituram. Postquam lecta est ab Amplissimo Rectore prædicta Epistola, dixit M. Franciscus Guerin, Syndicus, æquam sibi videri honestissimæ viduæ postulationem: jam ab annis plusquàm ducentis Academiam Theobusteis usam esse Typographiæ, omnesque, et eum præsertim qui nuper obierit, bonos ac fideles reique nostræ Studiosissimos semper expertam. Itaque censere se dandum hoc Claudii Caroli Thiboust memoriæ, et honestissimæ viduæ dolori, ut quam habuit in viro, dum viveret, eandem in superstite ejus Conjuge fiduciam reponat Universitas; adeòque habitâ ratione justissimæ postulationis operam Biblio-Typographi Universitatis prædictæ viduæ Claudii Caroli Thiboust continuandam. De eâ re, rogatis dictisque sententiis, Placuit, Mariam Carolinam Picard de Maison-Rouge, Claudii Caroli Thiboust viduam, tùm per se jam laudabiliter notam; tùm ob memoriam conjugis, quem Universitas fidelem juxtà et intelligentem reique academicæ imprimis Studiosum semper experta est, nominari, quæ continuam Universitati in arte Biblio-Typographicâ operam reddat; eâ lege, ut invisat ad salutandum Ampl. D. Rectorem, et singulos Dominos Deputatos./.

5°. Quòd dictum fuit anno 1723. die tertiâ aprilis, cùm honestus Civis Urbis Clamiciacæ, tractûs Nivernensis, de instituendo in Patriâ suâ Collegio piè cogitans ad Mag. Edm. Pourchot Syndicum venisset, petiisset que utrum sibi liceret sperare forent parisiensis Universitas istud Collegii non dedignatura esset in suam curam, fidem ac tutelam recipere; non posse non grata esse Universitati consilia quæcunque eò tendunt, ut per doctrinam Gallica juventus ad virtutem et patrios mores informetur. Quòd pariter, eodem anno 1723., die 28° Junii, cùm Primores præfatæ Urbis ad eundem M. Edmundum Pourchot instrumentum misissent ritè subsignatum in quo referebantur fundi et reditus ad alendos quatuor Magistros assignandi ac jam destinati, dictum est, priùs quàm ullo se pacto adstringeret Universitas, per aliquos ex academiâ prædictos fundos annuosque reditus expendendos propiùs que ac diligentiùs inspiciendos: Quòd que, re expensâ, in Clamiciacensi ærario non inventa est ea pecuniæ vis, quâ constituerentur reditus, qui vel tribus alendis et honesto donandis honorario sufficerent; affixâ in aliud tempus prædictâ deliberatione, unicus tunc temporis in ædibus extructi recens Collegii Magister ab academiâ Parisiensi collocatus est, qui primo linguæ latinæ rudimenta, grammaticæ que præcepta pueris traderet.

Quòd verò annorum triginta et plurium decursu Urbs Clamiciacum, altera Provinciæ urbs ab altissiodoro, summam pecuniæ congessit justo trium Magistrorum honorario satis futuram; ardensque studio constituendæ in gratium suæ juventutis scholæ, in qua studia optimarum artium vigerent, publicæ que honestatis semina suum in gremium faciundissima jacerentur, Regii consultum Consilii, ac Regium Diploma obtinuit, ut fixa firmaque trium esset institutio Magistrorum, quorum alter sexti et quinti Ordinis, alter quarti et tertii, tertius secundi Discipulos regeret erudiret que, et prævii notionibus exercitationibus que ad solidiora Rhetoricæ documenta præpararet; Scripsit mense octobri ultimo, ad Virum amplissimum DD. Michaelem Franciscum Le Bel, Rectorem, eundem que enixè rogavit, duos ut Clamiciacum mitteret Præceptores in sinu academiæ aliquandò versatos, viros bene moratos, idoneos que Juventuti Religione, moribus, bonis litteris informandæ; demùm, interjecto post aliquo temporis intervallo, petiit iterum, ut sibi liceret dictam Scholam ferre in Clientelam universitatis: Quâ re ad deliberandum die 2ª aprilis 1757. propositâ, nominati sunt Ornatissimi Galliæ et Germaniæ Procuratores, qui cum meritissimo Syndico commoda et incommoda, si quæ essent, expenderent, viderent que ipsam instituti rationem, Regii consultum Consilii ac Regium Diploma, de iisque omnibus ad academicum Tribunal referrent.

Quòd visâ Instituti ratione, viso Regii Consilii Consulto, ac Regio Diplomate Deputati, die 7ª Maii, retulerunt, nihil incommodi oriri posse, si academia suam in tutelam ita recipiat Collegium Clamiciacum, ut nullâ sese obligatione, quæ onerosa fieri possit, adstringat; si priùs quam illud recipiat, petit, Urbem Clamiciacum fide obligatâ spondere. 1° Nullum Clamiciaci Grammaticam Litteras &c. in Collegio publicè professurum, nisi in academiâ Parisiensi

-miâ Parisiensi artium Magisterium fuerit consecutus, aut ab artium Ma-
=gistris more solito Cooptatus. 2º nullum pariter ibidem professuram, qui è
numero Regularium sit, aut ad eas transierit familias, quas suas non
agnoscit Parisiensis Universitas. 3º Quoniam linguarum cognitio à bonis
et priscis autoribus petenda est, non passuram eandem Urbem alios à suis
Magistris legi et explicari, quàm optimæ notæ autores, expurgatos, puræ lat-
=initatis, quibus utitur Academia Parisiensis. 4º ibidem à legibus, statutis et
Consuetudinibus Academiæ Parisiensis non discessum iri; Quòd que, acceptâ
à Primoribus Urbis epistolâ, dixit amplissimus Rector, præfatas quatuor
conditiones, Urbis Clamiciaci nomine, cùm summâ et lætitiæ et grati animi signi-
=ficatione ab iisdem accipi: Re in deliberationem iterum mistâ, rogatis
dictis que sententiis, Placuit, votis Civium immenso quodam studio suæ
Juventutis Liberali et Christianâ institutione imbuendæ conflagrantium,
suam que fiduciam in Academiâ Parisiensi totam collocantium, annui; adeòque
Collegium Clamiciacum in curam, fidem ac tutelam Universitatis recipi: eâ
conditione tamen, ut Primores Urbis præfatæ, ad amplissimum Rectorem
quam primùm mittant instrumentum ritè subsignatum quo fide obligata
spondeant, à prædictis quatuor legibus non discessum iri. /.

Abstinuit ornatissimus Normanniæ Procurator à ferendâ hac dore
sententiâ; petiit, nationis suæ nomine, priùs quàm quidquam concludatur,
sibi in manus tradi Collegii Clamiciacensis statuta, Regii consultum Consilii,
Regium Diploma, cætera que instrumenta ad hoc institutum pertinentia;
petiit postulationis suæ actum, quem ei concessit ampl. Rector. /.

6º Quòd dixit M. Roche Theologiæ Syndicus legi in libello quodam memo-
=riali sacro Ordini ritè denuntiato, Jus Mr Dupont fuisse à Consultissimâ fac-
=ultate pro vero ac legitimo agnitum: Reclamatum Academiæ accessioni ab
eâdem, idque Dictitatum sæpiùs à D. Professoribus et aggregatis Doctoribus
privatis in Colloquiis: Visum est Consultissimam facultatem per Decanum
suum, amicè, ut moris est inter Viros Academicos Rogari, ut hisce de tribus
Capitibus mentem aperiat, quorum si tenet fama, causæ M. Vignolles, ad
quam consultis Ordinibus, accessit Universitas, grave damnum illatum
iri. /.

7º Ad diem Decimam octavam hujus Mensis Junii indictæ sunt gener-
=ales Universitatis Supplicationes. /.

8º Quoniam dies sexta Junii, quæ ad accipiendas Academiæ rationes fuit
indicta, in festum S. Germani incidit; Comitia ad diem duimam tertiam sequentem
differri placuit. /.

Atque ita super his octo Capitibus,
audito prius Syndico, ab amplissimo
Rectore conclusum est. /.

Lebel
Rector

Anno dni 1757., die decimâ tertiâ Junii habita sunt Comitia Deputatorum et adjunctorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem in Mazarinaeo, ad audiendas rationes accepti et expensi à fidelissimo Universitatis Quaestore, per decursum anni 1756. 13. Junii

Expensis ~~diligenter~~ ac discussis diligenter academiae rationibus, Laudata est ab omnibus integerrimi Quaestoris fides ac diligentiae; rationes ab eo redditae, fuerunt ab omnibus tam deputatis quàm adjunctis atque officiariis approbatae ac subscriptae.

atque ità ab Ampl.o Rectore Conclusum est. /.

Lebel Rector

Anno dni 1757., die decimâ-octavâ Junii, habita sunt Comitia generalia et supplicatoria Universitatis, in Maturinensi. 18. Junii

Primùm in angulo consessum est: ubi M. Alcimus Lottin Parisinus, Presbyter Altissiodorensis, in artibus Magister, novus Universitatis Beneficiarius, Capellanus-designatus unius è Capellaniis de Castelleto, per puram et simplicem demissionem M. Mathurini Le Vaillant Baccalaurei Theologi et Professoris in Mazarinaeo, vacantis, praesentatus à Saluberrimâ facultate, cujus vices recurrebant, ab Universitate, rogatis dictisque sententiis, nominatus, solitum inter manus amplissimi Rectoris praestitit; atque in realem ac corporalem praedictae Capellaniae possessionem per traditionem libri, pro more majorum, missus est. /.

Itum en deinde in Comitium, ubi postquam peroravit amplissimus Rector, omnes ordines grata ~~[illegible]~~ rata habuerunt quae gessit in suo trimestri magistratu, ipsique litteras commendatitias decrevere, simulque amplum Comitatum exhibuerunt ritè procedenti ad aedem Spiritui Sancto Sacram, in Graviâ. /.

Pontificem egit M. Troyes, Doctor Theologus, Ecclesiae praefatae Minister: orationem habuit ad populum M. de Corsambleu, Doctor Theologus: Eucharisticam ad Pontificem M. Seigneur Grammaticae Professorem in Cardinalitio. /.

Lebel Rector

Anno dni 1757., die vigesimâ-tertiâ Junii habita sunt Comitia generalia praeclarae artium facultatis in Maturinensi. 23. Junii.

Postquàm peroravit amplissimus Rector, factâ supplicandi potestate supplicarunt, Petrus Franciscus Patoux, Presbyter Bellovacensis; Michaël Navarre, Clericus Lugdunaeus; Julianus Coulombet, Subdiaconus Sagiensis, ut omissa vox Clericus in Catalogis restituatur; Joannes Baptista Augustinus Ludovicus Damas ut è nomine gentilitio deleatur cognomentum de Letang; f. Balthazar de Codur Daiglan, antiquae observantiae Cluniacensis, ut ne sibi noceat quod omiserit particulam de, quod nomini gentilitio Daiglan addiderit litteram c, quod in duobus Logicorum non dixerit

Patoux
Navarre
Coulombet
Damas.
de Codur Daiglan.

de Picamilk
Pollart
hochon

se antiquæ observantiæ Cluniacensis: Petrus-Apollonia de Picamilk, ut nomina varié scripta reformentur: (Petrus-Carolus Pollart, acolythus Rothomagensis, et Dionisius hochon, Ebroïcensis, ut immunes fiant ab onere scribendi codices philosophicos propter pectoris et oculorum imbecillitatem, quam scripto testantur M. Macmahon, Doctor medicus Parisiensis; Petrus-Carolus Pollart, acolythus Rothomagensis, quòd litteræ biennii philosophici testimoniales

Maresq.

ineam à Qualibus; M. Augustinus-anna Maresq, Diaconus Ajacæus, ut annus Eudomi confectus pro sex mensibus parisiis imputetur./.

Audito de his supplicibus Syndico, Rector ampl. nationes dimisit ut de iis deliberarent, confirmarentque quatuor-viros mane electos. Petiit insuper ut grata et rata haberentur, quæ gessit in suo trimestri Magistratu, sibique litteræ commendatitiæ decernerentur.

Nationes digressæ ac deinde ingressæ per ornatissimos Procuratores retulerunt se rata et grata habere quæcunque gessit ampl. Rector in suo trimestri magistratu, eoque nomine litteras illi commendatitias decernere. confirmare quatuor-viros matutinis comitiis electos; videlicet, in honorandâ M. Furgault, humanitatis Professorem, in Mazarinæo; in fidelissimâ, M. le Bon, Grammaticos Professorem, in Mazarinæo: in Venerandâ M. desvoilliers, Baccalaureum Theol; in Constantissimâ, M. Mac-donock, Philosophiæ Professorem, in Sorbonæ-Plessæo; supplicibus omnibus indulgere, conditione appositâ à Syndico, ut Petrus Carolus Pollart acolythus Rothomagentis alias à Professore suo litteras obtineat.

Quatuor-viri præstito priùs solemni sacramento conclave ingressi sunt, moxque digressi per M. Le Bon retulerunt se fasces Rectorios M. Michaëli Francisco Le Bel prorogavisse; quæ prorogatio ab omnibus confirmata est./.

Atque ita ab amplissimo Rectore conclusum est./.

Lebel
Rector

2. Julii.

Anno dñi 1757, die secundâ Julii habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Mazarinæo.

1°. Supplicarunt prò litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Franciscus-antonius Pavye, Diaconus Senonensis; Carolus-Mathurinus Bezout, subdiaconus Senonensis; Joannes-Michael Laurent, Presbyter Claromontensis. De iis retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de legitimo studii tempore ab iis ritè confecto, cætera que instrumenta ad hunc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari; audito Syndico, suum præfatis supplicibus postulatum concessum est./.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus Comitiis acta et statuta.

3°. Nominati sunt qui Concertationes academicas expendant; In Rhetoricâ, MM. Crevier, Le Beau-Major, Vauvilliers, et Lallemand: In secundo ordine, MM. Le Roy, Furiveaux, Guencé, et Asselin de Veaulegeard: In tertio, MM. Vicaire, Louvel, Jardin et Desmales

quod dixit

4°

Quòd dixit amplissimus Rector duobus jam ab annis à amplissimâ Theologiæ Facultate Studia, intermissionem Reipublicæ et Religioni pernitiosam pati; unde multas virorum Academicorum querelas quotidiè ad se deferri, quòd nihil hactenùs ab Universitate publicè sit tentatum, quo res suum in statum aliquando restituantur; vehementer commoveri se et ipsâ malî gravitate et negligentiæ crimine, sibi et toti academiæ; si res ultrà protrahatur, inferendo: Censere se itaque, è re et dignitate Academiæ esse hîc et nunc deliberari, numquid necesse sit, Universitatis Deputatos ad Illust. Regni Administrum D. D. Comitem de S. Florentin quamprimùm se conferre, rogaturos, ut tandem Studiis Theologicæ Facultatis, adeòque totius Universitatis, jamdiù laborantibus subveniatur.

Auditus est M. Guerin Universitatis Syndicus et Procurator Generalis, qui brevem eâ de re, sed elegantem habuit oratorem, cujus summa est.

Factam modo propositionem, si intrà justos limites ex mente amplissimi Rectoris coercetur, videri sibi cum ipsâ Universitatis constitutione formâque naturali omninò congruere. Universitatem enim esse unam Societatem ex quatuor Conflatam Familiis, seu corpus, cujus primum membrum est Sacra Theologorum Facultas; naturæ verò legem esse, membra membris laborantibus mutuam opem ferre.

Negotium id esse momenti opinione majoris: intermissum jam Theologicæ licentiæ unum curriculum; alterum proximè intermittendum, nisi imminenti malo præsens remedium afferatur; duobus intermissis, neminem fore qui eidem militiæ nomen dare velit: inde Studiorum in Theologiâ ruinam, atque adeò in Scholis præclaræ Facultatis Artium; silentibus enim Theologiæ Scholis, mutas fore, annorum successu, et elingues Universitatis Scholas, quas et auditorum in Theologiâ frequentiâ abundare, et eorumdem diligentiâ maximè florere ac recreari. Inde etiam magnum instare Studiis publicis periculum: iis enim jacentibus et tantùm non extinctis omnia jàm Theologiæ Studia intrà privatas domos conclusum iri, privatorum Magistrorum opinionibus et arbitrio relicta, atque extrà Magistratuum vigilantiam posita; quòd quantum interest non Academiæ tantùm, sed et publicæ rei ac præsertim Libertatum Ecclesiæ Gallicanæ quem non videre?

Legendi consilio unum objici unum objici, ipsum Magistratuum offensioni patere; hoc verò dilui ex arresto Lato quo jubet Supremus Senatus redintegrari exercitationes Theologicas.

Igitur, nihil moràri se pro re Academicâ quominùs nominentur Deputati qui ad Illust. D. D. Comitem de S. Florentin adeant, rogaturi, ut Theologicæ Facultati Studiis, adeòque Universitatis subveniatur; eâ lege tamen, ut, quoniam legationis hujus, si locum habuerit, mens non est, ab Universitate quidquam postulari, quòd cum recta summâ ergà Supremum Senatum reverentiâ non omninò consentiat, orator inter dicendum ab omni dissidiorum Theologicorum mentione abstineat, immò palam profiteatur Primogenitam Regum filiam, hac in causâ ut in aliis omnibus, in optimi Parentis amore ac sapientiâ totam conquiescere.

Praeterea postulaverat idem meritissimus Syndicus, initio dicendi, ignosci sibi, quod de re gravissimâ, quae praesentia ante Comitia secum communicata non fuerat, ex longo dolore magis quàm ex praeviâ meditatione dissereret.

Audito Syndico, an Sapientissimi Theologiae Pro-Decani suffragium in causâ, quae Theologiae esse videbatur, amicum randum esset. Equidem ipse profitebatur sponte se et pro bono pacis abstinere à ferendâ sententiâ. at cum Deputati plures dubitare pergerent; Sapientissimus Jurium Decanus intercedere se quominus hac in causâ sententia feratur à praedicto Decano, atque, nisi reverâ abstineat, excessurum se è Comitio professus est. Tum iterum declaravit M. Roche se pro bono pacis, non verò habitâ ratione intercessionis factae à lap.° Jurium Decano, votis ejus annuere: modo tamen sibi detur actus, quo constet, Legationem non à se sed ab amplissimo Rectore fuisse cogitatam ac postulatam; quo audito, Jurium Decanus intercessionem suam recepit.

Itaque, Rogatis de re propositâ sententiis; Visum est Sapientissimis Jurium et Medicinae Decanis, gravissimam esse rem quae ab amplissimo Rectore proposita fuit; Legibus academiae cautum esse, ut ne Deputati, si quid gravioris momenti inciderit, sententiam dicant ex tempore, inconsultis ordinibus, sed deliberandi spatium sibi sumant; adeòque Consulendos esse ordines; In eandem sententiam descenderunt ornatissimi Normanniae et Germaniae Procuratores; atque adeò, ex Pluralitate suffragiorum, Placuit Academiae ordines consuli.

Atque ita super his quatuor Capitibus, audito priùs Syndico, concluxit Amplissimus Rector. /.

6. Aug. Anno dñi 1757. die Sextâ Augusti, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem, in Mazarinaeo.

I° Supplicarunt pro litteris nominationis Jure Magisterii artium et quinquennii. MM. Antonius Vaillant, Presbyter atrebatensis: Carolus-Ludovicus-Franciscus Fremont, Clericus noviomensis: Carolus Godefroy, Clericus ambianensis: Joannes Labour, Subdiaconus Meldensis: Josephus Loquet, Diaconus Parisinus: Carolus Ludovicus Besnard, Subdiaconus Parisinus: Josephus-Anna Hardy, Acolythus Cenomanensis: Joannes-Baptista Nicolaus Messageot, Subdiaconus Trecensis: Guillelmus-Ludovicus Garry, Presbyter Parisinus: Franciscus Machet, Subdiaconus Ambianensis: Carolus-Claudius Jobin, Subdiaconus Parisinus; Ludovicus-Antonius de Laby, Presbyter Laudunensis: Josephus-Martinus Cadié de Bailly, Subdiaconus Lingonensis: Laurentius Boureau, Subdiaconus Turonensis: f. Antonius de Villeneuve d'esclapon, Presbyter Regiensis, et antiquae observantiae Cluniacensis expressè professus: Joannes Aulard, Diaconus Carnotensis: Franciscus-Justinus Josserand, Clericus Valentinensis: f. Baltazar de Codur d'aiglun, Presbyter diniensis, et antiquae observantiae Cluniacensis expressè professus: Petrus Gauzée, Diaconus Parisinus: Eligius-Constans Chazé Diaconus

G. D'PARIS P.P.EX. 2 SOLS

Chazé Diaconus Parisinus: Ludovicus de Gros-Ourdy, Presbyter Bajocensis: Yvo-Joannes Floch, Presbyter Leonensis; Ludovicus Pellier, Diaconus Aurelianensis: Joannes-Baptista Du Bosq, Acolythus Rothomagaeus: — Nicolaus Lhomme, Subdiaconus Carnotensis: Alexander Moreau, Diaconus Carnotensis; Henricus-Ludovicus de Bonal, Presbyter Cadurcensis; Petrus-Stephanus Soüeme, Presbyter Senonensis; Ludovicus-Joannes-Nicolaus Pingot, acolythus Catalaunensis; Joannes-Ludovicus-Petrus-Desideratus Mignot, Subdiaconus Rothomagensis; Ferdinandus de Caix, Clericus Ambianensis; Augustinus-Franciscus Mercier, Diaconus Ambianus; Hyacinthus Graugnard, Subdiaconus Ebredunensis; Thomas Pion, Presbyter Viennensis; Henricus Chalmot, Diaconus Meldaeus; Nicolaus Wallet, Clericus Trevirensis; Joannes Fleury, Diaconus Matisconensis; Ludovicus-Matthaeus Biart, Diaconus Trecensis; Claudius-Marcus de La Croix, Subdiaconus Bellovacus; Franciscus Le Charpentier, Presbyter Bajocensis; Antonius-Remigius Hurant, Diaconus Trecensis; Ludovicus-Sulpitius Tascheron, Diaconus Suestionensis; Petrus-Michael Boya, Subdiaconus Parisinus; Antonius Motreul Clericus Cenomanensis; Franciscus Boulay, Presbyter Bisuntinensis; Nicolaus Mouchard, Diaconus Ebroïcensis; Antonius Cauchard, Presbyter Constantiensis; Alexander-Hyeronimus Bourguret, Acolythus Parisinus; Joannes-Baptista Sigorgne, Acolythus Tullensis; Guillelmus Carolus Loritte, Diaconus Parisiensis; Joannes-Baptista Prosper Malus, Subdiaconus Parisinus; Joannes-Franciscus Dubruy, Subdiaconus Ambianensis; Blasius Virely, Diaconus Aeduensis; Henricus-Josephus Arnois, Presbyter Rothomagensis; Nicolaus Ypert, Subdiaconus Parisiensis; Richardus Franciscus Becquet, Subdiaconus Rothomagensis; Clodoaldus Formé;

Vortius Rougeot Joannes du Chilleau, Subdiaconus Pictaviensis; Joannes-Carolus Argenton, Acolythus Lingonaeus; Joannes Quesnel Acolythus Parisinus; Ludovicus-Adrianus de La Roche, Presbyter Bajocensis; F. Franciscus Gerard, Diaconus Tullensis, et antiquae observantiae Cluniacensis expressè professus; Ludovicus Lartigue, Diaconus Tolosas; Jacobus Corbineau Acolythus Aurelianensis; De quibus retulit M. Guerin Syndicus ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum quos audierunt testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari, nisi quòd M. de Villeneuve d'Esclapon, nomen gentilitium d'Esclapon, in actis academicis omiserit: M. de Bonnal, scribatur de Bonal, omissâ litterâ n; M. Tacheron, dicatur Tascheron, additâ Litterâ s; M. Cauchard inscripserit se Cochart; MM. Dubois et Dargenton, unam è Litteris testimonialibus Mr. Plunket in Regiâ Navarrâ Theologiae Professoris, ab ineuntibus feriis academicis absentis non exhibuerint. Audito Syndico, placuit supplicibus omnibus indulgeri, eâ lege ut MM. de Villeneuve d'Esclapon, de Bonnal, Tacheron et Cauchard errores nominum emendari curent; MM. verò Dubois et d'Argenton litterae nominationes non expediantur, nisi, quae desunt, Litteras testimoniales exhibuerint./

2° Supplicavit prò Licentiâ aperiendi hac in Urbe Pædagogii sub Clientelâ Universitatis M. Guillelmus Rogelin, Senonensis, in artibus Magister. Nominati sunt Ornatissimi Galliæ et Picardiæ Procuratores, qui de Supplicis moribus ac peritiâ inquirant, ac de iis ad proxima Comitia referant.

3° Lecta et recognita sunt quæ fuerant posterioribus Comitiis acta et Statuta./.

4° Quòd die Secundâ Julii proximè elapsi; cùm Ampl. Rector proposuisset ad deliberandum, an Placeret adire Universitatis Deputatos ad Illust. Comitem de St. Florentin, rogaturos, ut Theologicæ Facultatis Studiis, adeòque Universitatis subveniatur; Sap. Decani et Ornat. Procuratores petierunt dari sibi tempus ad consulendos super eâ re Ordines suos; hodiernis Comitiis, Priusquàm sui quisque Ordinis sententiam referrent, Dixit Ampl. Rector se à prædicto Illust. Comite de St. Florentin accepisse Litteras Parisiis datas die quartâ ejusdem mensis, quibus sibi de rebus Academicis Colloquium die veneris proximè sequenti in ædibus ejus indicebatur, adiisse se ad Illustris. Virum, indictâ die et horâ, à quò benignitate summâ ac Comitate cum exceptus fuisset, accepit, sibi à Rege Mandatum, ut Rectorem vocaret, ab eo auditurus quid fuerat postremis in Comitiis Deputatorum actum, indeque ad Ordinum Academicorum deliberationem perlatum. Auditâ Illustris. Comitis interrogatione intellexisse se suam et Deputatorum secum Conspirantium mentem aut memoriæ culpâ aut malignitatis vitio fuisse adulteratam; his verò se unum objecisse, videlicet puram ac simplicem tùm eorum quæ proposita fuerant, tum illorum quæ ad ea proponenda impulerant, expositionem; hanc viram sibi fuisse Illust. Viro non injucundam, adeo ut humanissimè pollicitus fuerit, eorum quæ audierat nihil fore, quin ad Ludovici aures jam jam Compendium profecturus perferret: Interea è re Academicâ esse, ut placidi ac securi remanerent Academici Ordines, atque in Optimi Parentis amore ac Sapientiâ conquiescerent, non ignari illius Statuæ in quo posita sunt Universitatis Studia et animo seria volventis consilia, ut suum iisdem Studiis cursum in integro restituat. Præterea dixit Ampl. Rector à se fuisse hoc Illust. Comitis seu Consilium seu Mandatum cum eorum Ordinum Præsidibus qui super eâ re nondum deliberaverant, communicatum, ne videlicet de Legatione à se propositâ deliberarent; adeòque videri sibi de eâdem Legatione nullum deliberandi locum remanere. Auditâ amplissi. Rectoris Oratione, dixit Sap. Jurium Decanus se à referendâ Ordinis sui sententiâ abstinere, modò tamen Ampl. Rectoris Oratio in Commentariis Universitatis referatur. Tum Amplis. Rector exhibuit Illust. Comitis de St. Florentin Epistolam die 17ª Julii scriptam Compendii; eamque tradidit Scribæ Legendam; In Commentariis eandem describi petiit; cui quidem petitioni, vel nullâ præhabitâ deliberatione censuerunt ~~omnes~~ esse annuendum./.

5° Quòd dictum est fato functum fuisse virum honestum Renard, Universitatis Notarium, et Collegii Lubantini Procuratorem-Sequestrum-Placuit mandari M. Guerin, Syndico, ut Universitatis nomine ad Sigillorum appositionem accedat.

Atque ita super his quinque Capitibus, Audito priùs Syndico, conclusit Amplissimus Rector./.

Anno dñi 1757, die Veneris duodecimâ Augusti, congregata est Universitas in Majoribus Sorbonæ Scholis, ubi post habitam à V. Clar. M. Antonio Maltor, Eloquentiæ Professore in Dormano-Bellovaco, elegantem de Legibus Belli Orationem, præmia Academica, Præsente Supremo Senatu, distribuit, hoc ordine. 12. Aug.

Præmium Eloquentiæ Latinæ,

Ex anno proximè elapso ad hunc reservatum, cujus Argumentum est: Rerum desideria magis misere torquent homines, quam ipsa rerum inopia, meritus et consecutus est Antonius Guyot, Bisuntinensis, è Collegio Plestæo.

Præmium ejusdem Eloquentiæ latinæ hoc anno 1757 distribuendum, cujus Argumentum est, Viros doctos quatenùs Modestia deceat, meritus et consecutus est Petrus Jaquin, Tullensis, è Collegio Marchiano.

In Rhetoricâ.

Primum Orationis Latinè Scriptæ Præmium, Inter Veteranos, consecutus est Joannes-Franciscus de La harpe, Parisinus, è Col. harcuriano.

Primum, inter recentiores, consecutus est Michael Fosté, Carnutensis, è Col. Grassinæo.

Secundum, inter Veteranos, consecutus est, Carolus-Franciscus Le Brun Constantiensis, è Col. Grassinæo.

Secundum, inter Recentiores, consecutus est Franciscus Leveque, Rothomagensis, è Sorbonæ-Plestæo.

Proximè accesserunt,

Joannes-Franc. Danteny, Meldensis, è Dormano-Bellovaco.

Joannes-Franc. Larcher, San-Manechildæus, è Grassinæo.

Matthæus Ketscher, hibernus, è Plestæo.

Nicolaus Langlois, Parisinus, è Grassinæo.

Franciscus Bergera, Ambianensis, è Plestæo.

Joannes Antonius Boucher, Parisinus, è Mazarinæo.

Primum Orationis Gallicæ Scriptæ Præmium, inter Veteranos, consecutus est idem Joannes-Franciscus de La Harpe, Parisinus, ex Harcurio.

Primum, inter Recentiores, consecutus est idem Michael Sosté, Carnutensis, è Grassinæo.

Secundum, inter Recentiores, consecutus est Joannes-Baptista-Josephus-Renatus Dureaux de La Malle, San-Dominicanus, è Plesseo.

Proximè accesserunt.

Nicolaus-Ludovicus Blondel, Parisinus, è Bellovaco.
Idem Franciscus Levesque, Rothomagensis, è Plesseo.
Joannes-Bapt. Semel, Noviodunensis, è Bellovaco.
Philippus-Hyeron. Dumas, Bituricensis, è Plesseo.
Jacobus Boudin, Parisiensis, è Bellovaco.
Jacobus-Adolphus Hallot, Vernonæus, ex Harcurio.

Primum Carminis latinè Scripti Præmium meritus est, inter Veteranos, Philippus Hyeronimus Dumas, Bituricensis, è Plesseo.

Primum, inter Recentiores, meritus est Idem Michael Sosté, Carnutensis, è Grassinæo.

Secundum, inter Veteranos, meritus est Idem Joannes-Franciscus de La Harpe, Parisinus, ex Harcurio.

Secundum, inter Recentiores, meritus est Nicolaus-Ludovicus-Franciscus Foucher, Rothomagus, è Regiâ Navarrâ.

Proximè accesserunt.

Idem Joannes-Bap.-Jos. Ren. Dureau de La Malle, San-Domin. è Plesseo.
Idem Carolus-Franc. Le Brun Constant, è Grassinæo.
Jacobus-Ludovicus-Maria Vanderlinden, Insulanus, è Grassinæo.
Idem Joannes-Fran. Larcher, San-Mauritildæus, è Grassinæo.
Idem Franciscus Levesque, Rothomagensis, è Plesseo.
Henricus Missonet, Trecensis, è Cardinalitio.

Primum Orationis Græcæ in Gallicam conversæ Præmium, inter Veteranos, consecutus est Idem Joannes-Franciscus de La Harpe, Parisinus, ex Harcurio.

Primum, inter Recentiores, consecutus est, Franciscus Bergeret, Ambianensis, è Plesseo.

Secundum, inter recentiores, meritus est Franciscus-Nicolaus Carasson, Parisiensis, è Sorbona Plesseo

Proximè accesl.

Proximè accesserunt.

Joannes-Antonius Tricot, Parisinus, è Plesiaco.
Idem Michael Fossé, Carnutensis, è Grassinaco.
Idem Philippus-Iyer. Dumas, Bituricensis, è Plesiaco.
Joannes-Bapt.-Sacramondus-Josephus de Meffray de Sorsage, Viennensis è Collegio Sorbonæ-Plesiaco.
Idem Franciscus Levesque, Rothomagensis, è Plesiaco.
Jacobus-Michaël Coupé, noviodunensis, è Bellovaco.

In Secundo Ordine.

Primum Orationis Gallicæ in latinam conversæ Præmium consecutus est Joannes-Baptista Thery, Hibernus, è Plesiaco.

Secundum consecutus est, Joannes-Baptista Osmont, Rothomagensis, è Plesiaco.

Proximè accesserunt.

Sebastianus-Rochus Nicolas, Caromontanus, è Grassinaco.
Joannes Pathouot, Æduensis, ex harcurio.
Michael-Nicolaus Le Jeune, ex harcurio, (Bajocensis).
Gabriel-Mathurinus Guerinot, Parisinus, è Cardinalitio.
Martinus-Julianus Rebert, Parisinus, è Lexoviaco.
Joannes-Ludovicus Milot, Mastiliensis, è Bellovaco.

Primum Carminis latinè scripti Præmium meritus est Theodorus-Edmundus-Anna Lelorr, Trecensis, è Lexoviaco.

Secundum consecutus est Idem Joannes-Baptista Osmont, Rothomagensis, è Plesiaco.

Proximè accesserunt.

Josephus-Franciscus Fichoux, Rothomagensis, è Mazarinaco.
Joannes-Bapt.-Franciscus-Josephus de la Croix, Compendiensis, è Plesiaco.
Gabriel-Mathurinus Guerinot, Parisinus, è Cardinalitio.
Joannes-Bapt.-Nicolaus Garton Doucet, Parisinus, ex harcurio.
Franciscus Potter, Hibernus, è Plesiaco.
Joannes Pathouot, Æduensis, ex harcurio.

Primum Orationis Græcæ in latinam conversæ Præmium consecutus est Jacobus-Franciscus Ceres de Castellaz, Parisiensis, è Lexoviaco.

Secundum consecutus est Joannes-Ludovicus Milot, Mastiliensis, è Bellovaco.

Proximè accesserunt.

Id. Sebastianus-Rochus-Nicolas, Caromontanus, è Grassinaco.
Id. Joannes-Bapt. Thery, Hibernus, è Plesiaco.
Jacobus-Petrus Franquet, Victoriacensis, è Plesiaco.

Jd. Joannes - Baptista Osmont, Rothomagensis, è Plesseo.
Jp. Gabriel Mathurinus Guerinot, Parisinus, è Cardinalitio.
Guillelmus Bertin, Martinicanus, è Bellovaco.

Primum orationis Latinæ in Gallicam conversæ Præmium consecutus est Ludovicus - Alexander Martin, Lingonensis, è Marchiano.

Secundum consecutus est, Martinus - Julianus Hebert, è Lexoviensi. (Parisinus)

Proximè accesserunt.

Jd. Joannes - Bapt. - Nicolaus - Gaston Doucet, Parisinus, ex Harcurio.
Jd. Sebastianus - Rochus Nicolaus, Claromontanus, è Grassinæo.
Lucas - Joannes - Baptista Aubri, Constantiensis, è Grassinæo.
Jp. Joannes - Franciscus Lieseux, Rothomagensis, è Mazarinæo.
Jd. Joannes - Bap. Franc - Josephus de la Croix, Compendiensis, è Plesseo.
Ludovicus de Suffren de Villeneuve, Forojulianus, è Plesseo.

In Tertio Ordine.

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ Præmium consecutus est Patricius - Josephus Plunkett, Hibernus, è Plesseo

Secundum consecutus est, Patricius Shortall, Hibernus, è Plesseo.

Proximè accesserunt.

Jacobus - Franciscus - Augustinus - Bourgois, Rothomagensis, è Mazarinæo.
Carolus de la Croix, Can - Manchildeus, è Grassinæo.
Claudius - Franciscus de Moyria de Mornay, Nantuacensis, è Mazarinæo.
Petrus Ludovicus Cornilliole, Parisinus è Mazarinæo.
Henricus Elizabeth de Jougla de Villa de Parasa, Tolosanus, è Bellovaco.
Martinus Moore, Hibernus, è Plesseo.

Primum orationis Latinæ in Gallicam conversæ Præmium consecutus est Jacobus - Franciscus - Augustinus Bourgois, Rothomagensis, è Mazarinæo.

Secundum, Petrus - Marcus Augier des Courgeats, Burdigalensis, è Lexoviensi.

Proximè accesserunt.

Nicolaus Petrus - Joannes Cayeux, Parisinus, ex Harcurio.
Joannes Baptista de Roux des Carrieres, Parisinus, è Lexoviensi.
Joannes de Cormel, Bellovacensis, è Bellovaco.
Ludovicus - Renatus Riquebourg, Versaliensis, è Bellovaco.
Petrus - Hubertus Anson, Parisinus è Bellovaco.
Joannes - Laurentius Martinus Gallis de Mesnilgrand, ex Harcurio

Primum orationis Græcæ in Gallicam conversæ Præmium consecutus est Idem Jacobus - Franc - August. Bourgois, Rothomagensis, è Mazarinæo.

Secundum meritus est Carolus de la Croix - Can - Manchildeus, è Grassinæo.

Proximè accesserunt.

Ludovicus - Renatus Riquebourg, Versaliensis, è Bellovaco.
Patricius - Josephus Plunkett, Hibernus, è Plesseo.
Patricius Shortall, Hibernus, è Plesseo.
Joannes - Baptista de Roux des Carrieres, Parisinus, è Lexoviensi.
Joannes - Baptista Lafon, Lemovicensis, è Plesseo.
Augustinus - Petrus - Avril, Americanus, è Collegio Sorbonæ - Plesseo.

Anno dñi 1757, die decimâ-quartâ Augusti, habitâ sunt, horâ septimâ matutinâ, Comitia præclaræ Artium Facultatis in Maturinensi, ad creandos probatores sive examinatores Licentiandorum in Artibus./. 14. Aug.

Post habitam ab Amplissimo Rectore Orationem, appellati sunt à Clar. Pro-Cancellariis examinatores Licentiandorum in Artibus à Meritissimis Cancellariis designati: Scilicet, apud Beatam Mariam, Jacobus Junot, Baccalaureus Theologus, pro honorandâ natione: Blasius Messier, Licentiatus Theologus, et Grammaticæ Professor in Cardinalitio, pro fidelissimâ; Nicolaus Hebert, Grammaticæ Professor in Lexovæo, pro venerandâ; Jacobus Geoghegan, Licentiatus Theologus, Vir Procuratorius, pro Constantissimâ; Apud Beatam verò Genovefam, Stephanus Lieutaud, Vir Procuratorius et Grammaticæ Professor in Grassinæo, prò Gallicanâ: Claudius Firminus Turmine, Baccalaureus Theologus, pro Picardicâ: Andreas Nicolaus Semillart, Baccalaureus Theologus, pro Normanicâ: Joannes Kinck, Licentiatus Theologus, pro Germanicâ./.

Dimissæ ab amplissimo Rectore Nationes ad deliberandum, ac deinde regressæ pro Orn. Procuratores retulerunt creari à se ac eligi Probatores Licentiandorum in Artibus eosdem Magistros, qui fuerunt à meritissimis Cancellariis designati, octo scilicet suprà nominatos. Atque ita conclusit Amplissimus Rector. Et continuò inter Ejus Manus Sacramentum dixere novi examinatores, præsentibus pro Cancellariis./.

Digressis pro-Cancellariis, factâ supplicandi potestate, supplicarunt Nicolaus Caron, Presbyter Ambianensis, et Joannes Turner hybernus, ut omissum in Catalogis nomen restituatur, id errore factum fuisse testantibus tum Professoribus quos audierunt, tum Collegiorum Primariis: Antonius Cauchard, Presbyter Constantiensis, ut ne scribatur cochurt: Philippus-Claudius Morel, clericus Catalaunensis, ut inversus in Catalogis logicæ cognominum ordo restituatur: f. Benedictus Harsnep, Anglo-Benedictinus, ut ne sibi noceat, quòd in tribus Catalogis omiserit dicere se Anglo-Benedictinum: Dionysius Berardier ut scribatur Corisopitensis, non verò Corisopitæus: Joannes-Ludovicus Langoisseur Lavallée, Constantinus; ut ne sibi noceat quod omiserit nomen gentilitium Langoisseur, et dixerit se Constantiensem: Ludovicus-Antonius de Font blanc, ut ne sibi noceat quod nomen gentilitium mulè scripserit: Franciscus-Justinus de Font-blanc, Josserand, Clericus Valentinensis, quòd scripsit se montiliensem: Joannes-Nicolaus Noël, Polonus; quòd scripserit se Joannem Baptistam. Guillelmus-Antonius Maitre, Presbyter Bolonæus, ut cognominum ordo restituatur: Josephus Lagrange, Parisinus, quòd scripserit se Parisiensem; Ludovicus de La Roche Lugdunæus, quod non scripserit se Clericum./.

Caron
Turner
Cauchard
Morel
f. Harsnep
Berardier
Langoisseur Lavallée.
de Font blanc
Josserand
Noël
Maitre
Lagrange
De la Roche

Audito e M. Guerin, Syndico; Nationes ad deliberandum dimissa, ac deinde regressæ per procuratores suos retulerunt se supplicibus omnibus indulgere atque ita ab amplissimo Rectore conclusum est, &c.

27. Aug. Anno dñi 1757. die vigesimâ septimâ augusti, habita fuit in antecessum Comitia Deputatorum Universitatis, apud amplis. Rectorem in Mazarinæo.

1° Supplicavit pro licentiâ aperiendi hic in urbe Pædagogii sub Clientelâ Universitatis M. Claudius amabilis Vellard, Claromontensis, in artibus Magister. Nominati fuere M. Thibout et M. Prevot d'auvigny, Galliæ et Picardiæ Procuratores qui de supplicis vitâ, moribus et peritiâ inquisitam ac de iis ad proximo Comitia referant.

2° Lecta et recognita fuere quæ fuerant posterioribus in Comitiis acta et statuta; addo quæ lecta et recognita est Illust. Comitis de St. Florentin Epistola ad amplis. Rectorem, quam in Commentariis inscribi placuit. Hujus tenor est.

A Compiegne le 17. Juillet 1757.

Le Roy est, Monsieur, informé de l'Etat actuel des études de l'Université et sa Majesté pensant sérieusement à rétablir l'activité dans leurs cours, non seulement il ne doit plus y avoir d'assemblées et de deliberations à ce sujet dans les Compagnies de l'Université, mais sa Majesté desire encore qu'il ne soit fait aucune mention à votre Tribunal de ces articles, qu'elle ne perd point de vûe. Elle m'a aussi ordonné de vous marquer qu'elle est persuadée que vous continuerés comme vous avés fait jusqu'à present, à travailler au maintien de la paix dans l'Université. C'est le plus sûr moyen de la rétablir dans sa splendeur. Je vous prie d'être toujours persuadé des sentimens avec les quels je vous suis, Monsieur, très parfaitement dévoüé

Signé / Florentin.

inscriptio erat; à M. Le Bel, Rectau de l'Université.

3° Dictum est ab Ornatissimis Galliæ et Picardiæ Procuratoribus, ultimis in Comitiis, ubi ipsi in inquisitores M. Rogelin, pro licentiâ aperiendi hic in urbe Pædagogii sub Clientelâ Universitatis supplicantis, nominati sunt, inquisitorum suorum nomina supplici fuisse indicata; hoc vero non ex statutis, sed ex abusu factum fuisse; igitur petere se, ut ne deinceps inquisitorum nomina denuntientur iis qui pro aperiendo sub Clientelâ Universitatis Pædagogio supplicabunt. 2° ut consequenter M. Claudius Amabilis Vellard, in cujus vitam et peritiam inquisitores ipsi nominati sunt, hanc sibi demandatam fuisse provinciam ignoret. Audita Ornatissimorum Procuratorum propositione, res gravioris momenti visa est meritissimo Universitatis Syndico, quam ut de eâ ex tempore concluderet; petiit dari sibi consulendi tempus ad proxima Comitia, quod ei ab amplissimo Rectore concessum est. Interea, placuit Ornatissimis Galliæ et Picardiæ Procuratoribus animi quod petunt, ut ne sua nomina præfato M. Vellard indicentur, &c.

4° Mandatum est fidelissimo Quaestori, ut negotium San-Barbaranum procuret; et ad exitum, pro suâ fide ac sagacitate perducat; nimirum, ut quae sibi in manus tradita est delegatio, ab Illust.° Parisiensi Archi-Episcopo, et à M. Thebaut Collegii Plessaei Primario subscripta, eandem ab iis, in quos instituta est, subscribi curet./.

5° Quod dixit fidelissimus Quaestor, mortuo M.° Renard universitatis notario, è re academicâ esse, alterum notarium in ejus locum suffici; placuit nominationem hanc in aliud tempus remitti; interea, M. Maupetit praefati Renard successorem, si opus fuerit, notarii academici vices implere.

6° In his Comitiis ab Amplissimo Rectore traditum est, et in manus scribae depositum instrumentum illud quod ultimis in Comitiis Tribunal Academicum requisierat à Primoribus Urbis Clamiciacae ritè subsignatum, adeò que res finita est, Collegium Clamiciacum in curam, fidem ac tutelam universitatis recipitur; ejusque, ut aiunt, superior in perpetuum agnoscitur Rector universitatis./.

Atque ita super his sex Capitibus, audito prius Syndico conclusit Amplissimus Rector./.

Lebel Rector

Anno dñi 1757. die primâ octobris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Mazarinaeo. I. Octob.

1° Supplicarunt pro litteris nominationis Jure Magisterii artium et Quinquennii M.M. Joannes-Nicolaus-Ludovicus Le Jarle, Diaconus Meldensis; Joannes-Franciscus Gleyo, Subdiaconus Briocaeus; Claudius Joannes-Baptista Collin, Subdiaconus Tullensis; Petrus-Alanus Denis, Subdiaconus Corisopitaeus; Joannes-Franciscus Girard, Subdiaconus Cenomanensis; de quibus retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum quos audierunt testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, suum praefatis supplicibus postulatum concessum est./.

2° Lecta et recognita sunt quae fuerant postremis in Comitiis acta et statuta./.

3° M. Guillelmus Rogelin, Senonensis, qui in Comitiis die sextâ Augusti supplicaverat pro licentiâ aperiendi hac in urbe Paedagogii sub clientelâ universitatis, et in Comitiis die 27.ª ejusdem mensis Augusti 1757. accesserat à Magistro Lucas Paedagogorum academico=

rum Pro-agente præsentatus, ut audiret, quid de se fuisset ab Academico Tribunali judicatum, his in comitiis iterum accessit, ab eodem præsentatus, eâdem què de causâ. Antequam referretur de iis qui pro aperiendo Pædagogio supplicarunt, quod postremis in comitiis fuerat ab Ornatissimis Galliæ et Picardiæ Procuratoribus Comitiorum deliberationi propositum, et requirente Meritissimo Universitatis Syndico ad præ= =xima comitia remissum, diligenter expensum est, scilicet, an ex abusu, vel ex legibus, pro aperiendo Pædagogio supplicantibus inquisi= =itorum suorum nomina indicenter. Re expensâ, visum est id fieri propter conclusionem latam die 2ª maii 1739, in Supremi Senatûs tabulas relatam, quæ sic est: Qui inter eos Pædagogos admitti volet, postquam apud Academicum Tribunal pro litteris clientelæ supplicaverit, et desi= =gnati fuerint qui in ejus tum mores, tum peritiam inquirant, statim convenient prædictorum Pædagogorum Procuratores, sive, ut aiunt, agentes ei que, et quis ipse sit et quinam designati sibi fuerint inquisitores declarabit. Igitur, placuit inquisitionem fieri eodem modo, quo priùs. Tùm declaraverunt iidem Ornatissimi Galliæ et Picardiæ Procuratores sibi nec per deliberationem nos expositam et ad hæc comitia missam, nec per negotia sua licuisse, inchoatam de MM. Rogelin et Vellard inquisitionem absolvere, immo de susceptum inquirendi onus deprecari. Quo audito, in eorum locum subrogati sunt M. S.t Joire Germaniæ Procu= =rator, et M. Fourneau, Scriba, qui in vitam ac peritiam MM. Rogelin et Vellard inquirant, ac de iis ad proxima comitia referant./.

4º. Supplicavit pro licentiâ aperiendi hùc in urbe Pædagogii sub clientelâ Universitatis M. Joannes Baptista Berton, ambianensis, in artibus Magister. Nominati sunt in inquisitores ejus iidem Ornat. Germaniæ Procurator et Scriba./.

5º. Quòd postremis in comitiis dixerat amplissimus Rector accessisse ad se hominum tenuis fortunæ, Viri honesti Henrici Duhesne, dum viveret nuntii Jurati Privignum, filiorumque ejus tutorem; eundem que postulasse, ut de tanto nuntiatarum pretio dimidia pars sibi concederetur; quòd que amplissimus Rector æquum esse hanc petitionem judicavit, ei que annuendum esse, quandoquidem nullus è Deputatis retractaverat. Re factâ, in præcedentibus comitiis delatâ, in præsentibus ad deliberandum propositâ; ex pluralitate suffragiorum placuit ratum haberi quod factum est, absque eo quòd exemplum in consequentiam trahat.

6º. Placuit Universitatem, more solito, adire ad Viros Illustrissimos DD. de Molé, et DD. Boulogne, à Rege recèns designatos, hunc qui rei ærariæ administer, illum qui Supremo Senatui Princeps præsit.

Placuit pariter, Universitatem eodem Comitatu et apparatu quamprimum se Conferre ad Illustrissimum Ecclesiæ Parisiensis Archi-Episcopum, serotinis horis, hac ipsâ die in Urbem rediturum, faustum ei reditum per ampl. Rectorem gratulaturam./.

7º Accessit ad Tribunal Academicum Vir Clar. M. Le Rat, Justiniani Primarius, idemque, præsente et annuente M. Prevost-Dauricourt, Picardicæ nationis, et Collegii Cholætæi Procuratore, exposuit intentatas non semel à Publicanis lites de Juribus emortui-emancipii in ædes Collegiorum academicorum interiores renovati, præsertim verò in Cholætæas et Justinianas; petere se, ut quam simili in casu nusquam denegavit opem Universitas, eandem præfatis Collegiis concedere non dedignetur. Audito M. Francisco-Nicolao Guerin, ipse rogatus est, ut cum M. Prevost Collegii Cholætæi Procuratore, et M. Le Rat Justiniani Primario, Collegiorum causam, ubicunque opus fuerit, pro sciâ fide ac sagacitate tueatur ac defendat./.

Atque ità super his septem Capitibus, audito priùs Syndico conclusit Amplissimus Rector.

Lebel
Rector

Die Jovis sextâ ejusdem mensis Universitas minoribus infulis insignita, sine adjunctis, quatuor Curribus vecta se contulit ad ædes Archi-Episcopales; ipsa que Illustrissimo Archi-Episcopo faustum in Urbem reditum per amplissimum Rectorem gratulata; at eo summâ honoris ac benevolentiæ significatione excepta est. 6. Octob.

Eodem die Universitas, eodem comitatu et apparatu adiit ad Illustrissimum Senatûs Principem D.D. de Molé, ante aliquot dies à Rege nominatum qui supremo Senatui Princeps præsit. Excepit nos Vir Illustrissimus eâ dignitate quæ Patronum Universitatis amantissimum docet.

Die sequenti Universitatem simili Comitatu accedentem pari Urbanitate excepit Illustrissimus rei ærariæ Præfectus, D.D. Boulogne. Vernaculâ Linguâ usus est Rector amplissimus./.

Fourneau
un-scriba./.

Anno dñi 1757, die Septimâ octobris, habita sunt Comitia Centuriata Universitatis, in Maturinensi. 7. Octob.

Primùm in angulo confessum est, ubi supplicavit pro Litteris nominationis Jure Magisterii artium et quinquennii Philippus-Nicolaus Le hot, Presbyter Rothomagensis; de eo retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit se vidisse litteras ejus Magisterii, professorum quos audivit testimonia

quibus constat de legitimo studii tempore, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, placuit annui.

Itum est deinde in Comitium, ibique, postquam peroravit ampl. Rector, omnes ordines rata et grata habuerunt quæ gessit in suo trimestri magistratu, ipsique decrevere litteras commendatitias; amplum insuper polliciti sunt Comitatum rite procedenti ad ædem Deo sacram sub invocatione S. Jacobi ab alto Passu.

Ibi Pontificem egit, novus præd. Ecclesiæ Pastor, M. Cochin Doctor Theologus: Orationem habuit ad populum M.tr Chemery, sacræ Facultatis Doctor: Eucharisticam ad Pontificem M.tr Marcus Treguer, Grammaticæ Professor, in Bellovaco.

Lebel Rector

10. Octob. Anno dni 1757, die decimâ octobris, habita sunt generalia et Rectoria præclaræ artium Facultatis Comitia, in Maturinensi.

Post habitam ab ampl.o Rectore Orationem, facta suppli-
Massieu candi potestate, supplicarunt Ludovicus Augustus Victor Massieu,
de la Bouexiere, Acolythus Aupellæus; Joannes Jacobus Archibaldus Provost-douglas
de Boisbilly de la Bouexiere, et Joannes Sulpitius Tacheron, Clericus
Tacheron Senonensis, ut nomina sua in actis academicis malè scripta reform-
Droüet entur: Franciscus Droüet, Presbyter Turonensis, ut ne sibi noceat,
quod addiderit de Chalus, et omiserit clericus; Michaël Julianus
Matthieu Matthieu, clericus Senonensis, ut ne sibi noceat, quod cum nomen suum
mense octobri inscripsisset, sub finem mensis decembris pro priore
semestri iterum inscribere omiserit in priore Physicorum, rem testante
M. Chevreuil Philosophiæ Professore in Mazarinæo; deinde quod
gravi morbo detentus, in altero Physicorum, tempore paschali
non inscripserit nomen; rem testantib. tum præfato Philosophiæ
Devine Professore, cujus lectiones excepit, tum M. Macquer, Doctore medico
Keliher. Parisiensi: pro immunitate ab onere scribendi; Patricius Devine,
et Matthæus Keliker, hic Kloinensis, ille armakanus; ambo hiberni
ambo auditores M. Macdonock Philosophiæ Professoris in Plessæo,
hic propter hæmopthin cum pectoris dolore; ille propter symptomata
nascentis phthyseos pulmonariæ; testante pro utroque M. Murri
Menard Doctore medico Parisiensi; pro eadem immunitate, Franciscus Menard
Camuset Castrogonterius, et Nicolaus Josephus Camuset Catalaunensis, hic
M.i Tingry, ille M.i Macdonock Philosophiæ Professorum in
Plessæo auditor, ambo propter visus debilitatem, quam scripto
testatur M. de La Sourdiere, Doctor Medicus Parisiensis.

Audito de supplicibus M. Guerin Syndico, amplissimus
Rector nationes dimisit ad deliberandum, de supplicibus, de
Quatuor-Viris confirmandis, de rati-habitione eorum quæ gessit

in suo trimestri, ac toto Magistratu.

Nationes digressæ ac deinde regressæ per ornatissimos Procuratores retulerunt 1º se rata et grata habere quæ gessit Amplissimus Rector in suo trimestri et annuo Magistratu, eo que nomine ipsi decernere litteras commendatitias, quam fieri potest, honorificentissimas. 2º supplicibus omnibus indulgere. 3º confirmare Quatuor-Viros mane electos: Scilicet in honorandâ Natione, M. Fourneau, Virum Rectorium, Universitatis Scribam: in fidelissimâ, M. Turquet, Virum Procuratorium, Philosophiæ Professorem in Bellovaco: in Venerandâ, M. Asselin, Virum Procuratorium, Litterarum Professorem in harcurio; in Constantissimâ, M. de St. Joivre, ejusdem Nationis actu procuratorem.

Præterea petierunt per Procuratores suos fidelissima et Venerandâ natio, nullum deinceps admitti supplicem coram præclarâ Artium facultate, nisi accedat veste talari indutus. Quam quidem petitionem postulavit Syndicus Universitatis singularum Nationum deliberationi permitti, adhibitâ Laicos inter et Ecclesiasticos supplicis distinctione ac differentiâ. Unde Nationi honorandæ et Constantissimæ visum est consuetudini standum esse, ut Laici laica, et Ecclesiastici clericâ veste induti ad Comitia supplicaturi accedant.

Deinde Quatuor-Viri, præstito inter manus Rectoris sacramento conclave ingressi sunt; unde digressi, per Magistrum Petrum Adrianum Turquet, Ambianensem retulerunt, unanimi suffragiorum consensu in Rectorem à se fuisse electum, Virum Clarissimum Magistrum Antonium Vicaire, Eloquentiæ Professorem in Regiâ navarrâ. Quæ electio summo plausu excepta, summo consensu confirmata est.

Demùm novus Rector togâ rubrâ indutus, præstito inter manus Amplissimi Rectoris sacramento, more solito inauguratus; brevem quidem sed elegantem habuit orationem; moxque amplissimo virorum academicorum comitatu, ad ædes suas Navarricas deductus est. /.

Atque ita ab Amplissimo Rectore conclusum est. /. Lebel Rector

11. Octob. Incipit Rectoratus M. Antonii Vicaire.

Anno dñi 1757, die undecimâ octobris, horâ septimâ matutina, habita sunt Comitia Deputatorum Universitatis, in Maturinensi, à Novo Rectore pro more indicta ad ipsius sive instructionem, sive Confirmationem.

Postquam peroravit Clarissimus Ex-Rector, ad latus Amplissimi Rectoris sedens, audito M. Guerin, Syndico omnes tùm Sapientissimi Decani, tùm

Ornatissimi Procuratores dixerunt se gratam et auspicatam habere electionem Viri Carissimi M. Antonii Vicaire in Rectorem, eique operam et consilium pollicti sunt.

Postea ornatissimus Germaniæ procurator dixit sibi per negotia sua non licere inchoatam de moribus et peritia trium Magistrorum ad Collegium Academicum aspirantium inquisitionem absolvere. In ejus locum suffectus est Sapientissimus Medicinæ Decanus.

Et ita concluserit Amplissimus Rector. Vicaire Rector

27. Octob. Anno Dñi 1757, die vigesimâ septimâ octobris, habita fuit Comitia generalia præclaræ Artium Facultatis, in Maturinensi.

Le Clerc. Post habitam ab Amplissimo Rectore orationem, supplicarunt Theodorus Jacobus Josephus de Clerc, clericus Parisinus, ut in Catalogis dicatur Clericus: Bretton des Chapelles. Jacobus Baptista Franciscus Bretton des Chapelles, Can. Dominicanus, ut nomen varie scriptum reformetur; Joannes Baptista Alexander Maigret Parisinus, ut immunis sit ab onere scribendi codices Philosophicos, ob infirmitatem oculorum, quam scripto testatur M. Geoffroy Doctor Medicus Parisiensis:

Audito M. Guerin Syndico, dimisit Nationes ad deliberandum, ac nominatim ad creandos censores, per singulos Procuratores retulerunt, indulgere se supplicibus; creatos autem à se fuisse censores, nimirum, ab honorandâ Natione M. Paulum Ligonie Dubreuil, Baccalaureum Theologum: à fidelissimâ M. Dumont Baccalaureum Theologum: à Venerandâ M. Hebert, Grammaticæ Professorem in Lexovio; à Constantissimâ, M. Nicolaum Lafaye, Grammaticæ Professorem in Marchiano. Qui quidem Sacramentum solemne præstiterunt in manus Amplissimi Rectoris Manus.

Et ita concluserit Amplissimus Rector. Vicaire Rector

4. Nov. Anno Dñi 1757. die quartâ novembris, habita fuit Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem, in Regiâ Navarrâ.

1° Supplicarunt pro litteris Nominationis quæ Magisterii artium et Quinquennii M.M. Claudius d'Anterroches, Presbyter Sanflorensis; Nicolaus Dinard Diaconus Rothomagensis; Petrus Carolus Desjardins, Subdiaconus Carnotensis. De his retulit M. Guerin Syndicus se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum quos audierunt testimonia, quibus constat de legitimo studii tempore, ab iis rite confecto, cætera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari, nisi quod M. Claudius Danterroches litteras tonsuræ non exhibuit, et in litteris Magisterii nomini gentilitio additum fuerit cognomentum de Combrelles. Audito Syndico Mgro Dinard et Desjardins indulgeri placuit, item Mgro Danterroches eâ lege ut litteras tonsuræ exhibeat et nominis errorem reformari curet.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant Superioribus Comitiis acta et statuta.

3° Auditâ relatione Mgri Boyer, Medicinæ Decani, et Mgri Fournau tribus de moribus et peritiâ Mgrorum Rogelin, Vellard, et Berton, qui superioribus Comitiis supplicaverant pro licentiâ aperiendi hic in Urbe Pedagogii sub Clientelâ Universitatis, Ornatissimi Picardiæ, Normaniæ et Germaniæ

Procuratores

Procuratores dixerunt nullos esse admittendos pædagogos, donec de eorum numero constet. At, audito M. Guerin Syndico, Cæteris Deputatis visum est præfatis Supplicibus nimirum, Mgro Guillelmo Rogelin, Senonensi; Mgro Claudio-amabili Vellard, Claromontensi, et Mgro Joanni Baptistæ Berton Ambianensi concedendas esse, pro quibus supplicaverunt, Clientelæ litteras.

4°. Supplicaverunt pro licentiâ aperiendi hac in urbe pædagogii sub Clientelâ Universitatis Mgr Claudius Ducreux, Clericus Augustodunensis, et Petrus Prevost-Paladin, Tricassinus, artium in Academiâ Parisiensi Magistri. Audito Syndico, visum est, etsi nullo certo ac definito magistrorum numero jus Universitatis circumscribatur, tamen æquitatis esse, ut Universitas provideat ne sibi invicem multitudine officiant; cùmque non satis constet num eo sint numero quo possint Collegiis subservire; habitâ præsertim ratione postulationis factæ ab Ornat. Picardiæ, Normaniæ et Germaniæ Procuratoribus, nulli deinceps pro aperiendo pædagogio supplicanti concedi Clientelæ litteras, donec aliter provisum fuerit.

5°. Lectum est ac recognitum instrumentum illud quod a Primoribus Urbis Clamiciacæ ad Vir. Clar. Mgrum Michaelem-Franciscum Le Bel, tum Rectorem, ante duos menses missum fuit, ad mentem Conclusionis latæ, die sextâ augusti 1757.

6°. Quòd Franciscus Grosle Universitatis Papetarius, officium illud inter manus amplissimi Rectoris et Universitatis Deputatorum vivâ voce his in Comitiis abdicavit, hujusque abdicationis suæ actum petiit; quo in locum electus est Stephanus Bailly, Parisinus.

7°. Mortuo Mgro Renard Universitatis notario, suffectus est in ejus locum Vir honestus Mgr Maupetit ipsius Successor.

Atque ita, super his septem capitibus, audito priùs Syndico, conclusit amplissimus Rector. Vicaire Rector

Anno dñi 1757, die vigesimâ quartâ Novembris, habita sunt extra-ordinem Comitia Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Regiâ navarrâ. 24. Nov.

1°. Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii, M. Ludovicus-Josephus Gobinet de Villecholle, Diaconus Noviodunensis de his retulit M. Guerin, Syndicus ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tùm Professorum quos audierunt testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari; audito Syndico placuit præfatis supplicibus indulgeri.

2°. Quòd, Publicanis emortui mancipii jura iterùm atque iterum repetentibus in interiores Collegiorum academicorum ædes, maximè verò in Choletæas et Justinianas Dictum fuerat è re academicâ esse, ut Universitatis Syndicus

ab integerrimis Colethæi et Justiniani Procuratoribus adjutus recandescentem à Collegiis pestem avertat; quòd que eâ de re à Meritissimo Syndico Libellus memorialis adornatus fuit, pari sermonis elegantiâ et argumentorum vi ac perspicuitate; Lectus est ille Libellus memorialis et ab omnibus impensè laudatus; eundemque Placuit ab amplissimo Rectore, Universitatis nomine, ad Virum Illustris. DD. de Courteille, Comitem Consistorianum offerri.

Atque ita Conclusit amplissimus Rector. Vicaire Rector

Anno dñi 1757. die tertiâ decembris, habita sunt Comitia ordinariâ
3. decemb. Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Regiâ Navarrâ. /.

1°. Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Ludovicus Nicolaus Caron, Presbyter ambianensis; Joannes Franciscus Pigot, Presbyter Suessionensis; Petrus Franciscus Dupot, Diaconus Laudunæus; Petrus Durand, subdiaconus Lugdunæus; Petrus Robertus autreau, Subdiaconus Suessionensis; Jacobus Nicolaus St. Requier, Presbyter Rothomagensis. De iis retulit Mgr Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt testimonia, quibus constat de legitimo Studii tempore, ab iis rite confecto, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Placuit præfatis Supplicibus indulgeri. /.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant Superioribus Comitiis acta et statuta. /.

3°. Indicta sunt generales Universitatis Supplicationes in diem duodecimam mensis hujusce decembris. /.

4°. Quòd M. Desfaurent Debrosles, Doctor in Utroque Jure, et Choriarius in Ecclesiâ Cathedrali Mimatensi, quam gratiam sæpe, eandem iterum atque iterum petiit, ut mirum, ut, Universitas accedat ad causam illam quam ipse habet cum Capitulo præfatæ Ecclesiæ Mimatensis in Castelleto Parisiensi pendentem, Occasione Arresti à Supremâ Curia Tolosanâ lati, quo major non incerti tantùm ac quotidiani, sed certi et annui reditûs pars tribuitur Choriariis in Seminario Episcopali studentibus, quàm si iidem in Universitate famosâ Litteris sacris dabunt operam. Audito Syndico, Lectis peritorum Jurisconsultorum sententiis, visum est standum esse Conclusioni eâ de re latæ, ut priùs consulantur Universitatis Consiliarii forenses, quàm ad hanc causam accedatur. /

Atque ita super his quatuor Capitibus, Audito priùs Syndico conclusit amplissimus Rector. /. Vicaire Rector

7. decemb. Die septimâ decembris ejusdem, amplissimus Rector et præclara Artium Facultas, pro more antiquo, interfuerunt solemni Sacro apud FF. Prædicatores. /.

Burneau
Univ. Scriba

Anno dñi 1757, die decimâ decembris, habita fuit Comitia Centuriata in Maturinensi, ad Sacras Universitatis Supplicationes. 10. xbris

Primùm in angulo consessum est, ubi nemo Supplicavit pro litteris Nominationis.

1° Eidem academiæ dedit Stephanus Bailly, Electus ab Universitate die 4ª Novembris proximè elapsi ad officium Sapetarii-Jurati, vacans per puram et simplicem demissionem Francisci Grosse, ultimi illius possessoris pacifici. Bailly. Sapet.

2° Quod retulit meritissimus Syndicus Consultis à se Consiliariis Forensibus ex conclusione latâ die tertiâ hujus mensis, videri, Causam M. Dubrosier Desflaurent ad Universitatem pertinere; si ad eam Universitas non accedat, ipsam à Prætore Parisiensi Castelli fore judicandam secundum arrestum Supremæ Curiæ Tolosanæ, et contra Universitatis privilegia; Sin verò ipsa accedat; causam eandem apud Supremum Senatum Paris: iensem fore disceptandam, non sine magnâ ipsa Successûs. Audito Syndico placuit, Universitatem ad Causam M. Dubrosier-Desflaurent in Castelleto Parisiensi pendentem accedere, eâ lege, ut ipse ante omnia, ex Cœtu de Fide-Justore satisdet omnium impensarum hac in litecausandarum. /.

Item ex deinde in Comitium, ubi amplissimus Rector postquam ex more peroravit, postulavit acta sua approbari ab ordinibus; eosdem que amplum sibi polliceri Comitatum cunti extra-ordinario ritu ad ædes Deo sacras sub invocatione S. Ludovici in Regiâ suâ Navarrâ, inde que Cantato Hymno Eucharistico ob faustum Serenissimi Attrebatensium Comitis ortum, eadem frequentiâ redeunti. Omnes ordines Academici grata et rata habuerunt quæcunque gessit idem amplissimus Rector, ipsi que literas Commendatitias decreverunt, amplumque Comitatum præbuerunt rite procedenti ad ædem Deo sacram sub invocatione S. Ludovici in Regiâ navarrâ, tùm eundo, tùm redeundo.

In Supplicationis, Pontificem egit M. Joannes Clemens Gervaise, Doctor Theologus, Theologicæ Facultatis Syndicus et Magnus Regiæ Navarræ Magister; Sacram Concionem habuit ad populum M. Adam, Doctor item Theologus, Socius Navarricus et antiquus S. Bartholomæi Pastor. Eucharisticam verò ad Pontificem M. Joan-Bap. Wallet, Grammaticæ Professor in eâdem Navarrâ. Vicarius Rector

Anno dñi 1757. die decimâ sextâ decembris, habita sunt Comitia generalia procerum Artium Facultatis, in Maturinensi /. 16. xbris

Postquam peroravit amplissimus Rector, factâ Supplicandi Licentiâ Supplicarunt Adrianus Babault, clericus Ambianensis, ut omissa in inscribendo nomine littera restituatur: Samuel de Gripiere de Monroa Babault de Gripiere

de Moneroe, Acolythus Condomensis, ut omissum nomen Gentilitium de Gripiere, in uno Logicorum, et vox clericus in omnibus Catalogis restituantur. Immunitatem ab onere scribendi codices Philosophicos postulaverunt, Alexius Joannes Chatelain dessertine ob Capitis et Stomachi assiduum dolorem, quem scripto testatur M. Meunier, Doctor Medicus Parisiensis: Simon Paris, Nivernus, propter angustiam pectoris et debilitatem, rem testante M. La Sourdiere, Doctore medico Parisiensi: Ludovicus de Bonneval, Clericus Aquensis, ob visus brevitatem, quam scripto testatur idem M. de la Sourdiere; Carolus Valonne Duval, propter infirmitatem oculorum ex confluentibus variolis enatam, testante M. de Laurembergt, Doctore Medico Parisiensi.

Chatelain dessertine

Paris.

de Bonneval

Audito M. Guerin Syndico, amplissimus Rector dimisit nationes ad deliberandum tum de supplicibus, tum de confirmandis Quatuor-Viris, petiitque ut grata et rata haberentur, quae gessisset in suo trimestri Magistratu.

Dimissae nationes ac deinde regressae retulerunt. 1° se rata et grata habere quae gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, eoque nomine litteras ipsi Commendatitias decernere. 2° supplicibus omnibus indulgere. 3° Confirmare quatuor-viros, scilicet in honorandâ Natione Mgrum Le Clerc, Virum Procuratorium et Baccalaureum Theologum; in fidelissimâ Mgrum Vallé, Virum Procuratorium, Censorium et Quaestorium, Philosophiae Professorem in Cardinalitio: in Venerandâ M. Antonium Dorne, Baccalaureum Theologum: in Constantissimâ, Mgrum Cuvin, Virum Procuratorium, Licentiatum Theologum./.

Quatuor-Viri, praestito prius sacramento, conclave subierunt: unde digressi per Mgrum Vallé retulerunt se fasces Rectorios prorogavisse Amplissimo Viro D. Antonio Vicaire Rectori./.

Quae Prorogatio approbata et confirmata fuit ab omnibus Nationibus./.

Et ita super omnibus Conclusit
amplissimus Rector./. Vicaire Rector

Anno Dni 1757. die primâ Augusti, horâ undecimâ matutinâ, ex mandato amplissimi Rectoris congregati sunt apud ipsum amplissimum Rectorem in Mazarinae Magistri in artibus Paedagogia sub Clientelâ Universitatis habentes. Quibus dixit amplissimus Rector, quoniam administrationis tempus M. Huberto Anson die 2. Septemb. 1755. commissae post aliquot menses peractum esset, videri sibi eidem administrationi in antecessum prodiderandam esse. Porro nullum sibi videri huic exercendae procurationi aptiorem et magis idoneum, quam ipsum M. Hubertum Anson. Itaque, ex conclusione apud Tribunal academicum factâ die 2. Aug. 1738., et in supremi senatus tabulae die 28 Nov. ejusdem anni relatâ, eligi a se praed. M. Anson et constitui ad res Magistrorum in artibus Paedagogia sub Clientelâ Universitatis habentium, sub Procuratoris, sive agentis nomine, per Biennium administrandas./.

Fourneau
Un. Scriba./.

1757

48.

Tabula

Officiariorum sive Majorum, sive Minorum
Consiliariorum – Beneficiatorum
Clientium Universitatis – Juratorum, seu
Decurum anni 1757. receptorum.

Officiarii Majores.

Nullus. /

Consiliarii

Nullus. /

Beneficiati.

Die 18. Junii 1757, M. Alcymus Lottin, Parisinus, Presbyter diœcesis Altissiodorensis incorporatus, à Salubérrimâ Facultate præsentatus, ab Universitate nominatus est ad unam è tribus Capellaniis de Castelleto, vacantem per puram et simplicem abdicationem M. Malzurini de Vaillant, Baccalaurei Theologi, et Grammaticæ Professoris in Mazarineo, illius ultimi possessoris Parisini /

Papetarius.

Die 10. decembris 1757, Sacramentum præstitit inter manus amplissimi Rectoris Stephanus Bailly, pro officio papetarii-Jurati, vacante per liberam abdicationem Francisci Gosse, illius ultimi possessoris parisini, vivâ voce factam in Comitiis habitis die 4ª novembris ejusd. anni

Librarii

Nullus. /

Nuntii Majores

Ex Natione Gallicana

Anno dni 1757, die 2ª Augusti, Ludovicus-Franciscus Thibaut, Procurator et honoranda Gallorum Natio, munus et officium Nuntii jurati, pro diœcesi et Episcopatu Monsalbanensi, contulerunt Joanni Guilielmo Goulliard, quod quidem vacabat per obitum Michaelis Gosset, ultimi illius possessoris – parisini /

Ex Natione Picardicâ.

Anno dni 1757, die quartâ mensis Maii, M. Antonius Vicarie, Procurator, et fidelis Ven. Picardorum natio, contulerunt Andreæ Baudry du Coulmier officium Nuntii Jurati, pro diœcesi et Episcopatu Andomarensi, vacans per obitum Andreæ Desmoucceaux, ultimi illius possessoris parisici.

Ex Natione Germanicâ

Die vigesimâ mensis Maii, Jacobus Geoghegan, Procurator, et Constantissima Germanorum natio, contulerunt Alexio Benon, Civi Parisiensi, officium Nuntii Jurati, pro diœcesi et Episcopatu Revaliensi, vacans per liberam abdicationem Joannis Huberti Rolland, civis quoque Parisiensis, et ultimi illius possessoris - parisici.

Die trigesimâ primâ mensis Augusti, Jacobus Geoghegan, Procurator et Constantissima natio, contulerunt Claudio Carolo Nuyar, civi Parisiensi, officium Nuntii Jurati, pro diœcesi et Episcopatu Venadiensi, vacans per obitum Henrici - Duchesne, civis quoque Parisiensis, et ultimi illius possessoris parisici.

G. D'PARIS P.P.EX. 2. SOLS

Acta,
Commentarii, Conclusiones
Universitatis Parisiensis
per decursum anni millesimi-Septingentesimi-quinquagesimi-octavi.

Anno dñi millesimo septingentesimo quinquagesimo-octavo, die sextâ mensis Januarii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem in Regiâ Navarrâ. Quibus in Comitiis consederunt ipse amplissimus Rector M. Antonius Vicaire. M. Joannes-Baptista Clemens Gervaise, Theologicæ facultatis Syndicus, Decani Vices-agens; M. Edmundus Martin, Consultissimæ facultatis Decanus; M. Joannes-Baptista Ludovicus Chomel, Medicinæ Ex-Decanus, in locum Mgri Boyer absentis; MM. Mathurinus Lambert; Leo-Alexander-Tuslanus Prevost-Doricourt; Robertus Deschamps, Josephus St. Joirre, Gallicanæ, Picardicæ, Normanicæ et Germanicæ Nationum Procuratores: Mgro Francisco-Nicolao Guerin, Syndico: M. Guidone-Antonio Fourneau, Scribâ: M. Paulo Hamelin, Quæstore Generali./. 6. Januar.

1° Supplicarunt pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii M. M. Emmanuel-Clemens-Christianus Bruget Viennæus in Austriâ Presbyter Parisinus; Ludovicus-Joannes Le Goubé, Presbyter Abrincinus: S. Philippus Jefferson Anglo-Benedictinus, Presbyter Eboracensis. De iis retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum quos audierunt testimonia, quibus constat legitimum studii tempus fuisse à præfatis supplicibus ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil occurrisse vitii: exceptis tamen litteris quinquennii prædicti Le Goubé, quas ille exhibuit, sed ritè minùs subsignatas: Quo audito, Placuit, sua Mgris Bruget et Jefferson postulata concedi, item et prædicto Le Goubé sed eâ lege, ut ante proximas Universitatis supplicationes, litteras Quinquennii à quatuor Magistris ritè subsignatas exhibeat./.

2° Lecta et recognita sunt, quæ fuerant superioribus Comitiis acta et statuta./.

3° Quòd M. Franciscus-Josephus Rogier de Janaillac subdiaconus Lemovix, in litteris Baptisterii dicatur Rogier de Bonne, ipse supplicavit, ut detur sibi actus, quòd declaret, se eundem esse qui in actis academicis inscribitur Rogier de Janaillac, et in litteris Baptisterii Rogier de Bonne. Audito Syndico, Placuit, suum præfato supplici postulatum concedi./.

4° Lecta est per Scribam Universitatis Conclusio honorandæ Nationis die 16a decembris proximè elapsi facta, quâ prædicta Natio nominat atque Universitati præsentat V. Clar. M. Antonium Le Clerc, Baccalaureum Theologum, antiquum ejusdem Nationis Procuratorem, ad unam è tribus Capellaniis Academicis, quæ sunt sub titulo de Castelleto, vacantem per obitum M. Caroli-Francisci Dufour Theologicæ facultatis Decani, ultimi illius possessoris Pacifici. Audito M. Francisco Guerin, Syndico, visâ conclusione quâ constat, M. Alcinum Lottin, qui in ordine

minorum Beneficiorum fuit ultimò nominatus, præsentatum fuisse à Celeberrimâ Facultate, atque adeò nominandi ac præsentandi vices, in eorumdem Beneficiorum ordine ad Nationem Gallicanam devenisse. Placuit admitti prædictum Mgrum Antonium Le Clerc ad præfatam Capellaniam de Castelleto, vacantem per obitum M. Caroli-Francisci Dufour, ultimi illius possessoris Parisini, atque ipsi de illâ provideri./.

5°. Quòd ultimis in Comitiis dictum est, Magistris artium pro Licentiâ aperiendi Pædagogii ad Tribunal Academicum accedentibus concedendas non esse Clientelæ litteras, donec aliter provisum fuerit: Dixit meritissimus Syndicus, eam non esse prædictæ conclusionis mentem, ut iis Magistris, qui peculiari nomine cæteris præstant, via ad Pædagogium occludatur, sed ut iisdem locus relinquatur occupandus: Nunc verò præsentem se sistere M. Laurentium Tricot, in Artibus Magistrum, Virum inter Pædagogos academicos præclarè notum, Mr. Tricot Pædagogorum Academicorum Prodecani Filium, eumdemque enixè postulare, non quidem Licentiam aperiendi novi pædagogii, sed idem Pædagogium cum Patre Optimo gerendi sub Clientelâ Universitatis, adeòque concessis almæ Matri privilegiis fruendi. Ejus itaque nihil morari se, pro re Academicâ, quominùs præfato Supplici indulgeatur. Rogatis eâ de re dictis quæ sententiis, Placuit, prædicto Laurentio Tricot fieri Supplicandi potestatem: Eoque audito, Nominati sunt Oratissimi Galliæ et Germaniæ Procuratores, qui de Supplicis moribus ac peritiâ inquirant, ac de iis ad proxima Comitia referant./.

6°. Quòd dixit Amplissimus Rector, in Conclusione, die 2ª Augusti 1734 Latâ, Academiæque in Supremi Senatûs Tabulas relatâ Statutum fuisse, Magistros in Artibus qui hac in Urbe Pædagogium habent sub Clientelâ Universitatis, disputa defendi adversus quoslibet; atque hanc in rem unum aliquem ex ipsis eligi, qui quæ res ad ipsos pertinent earum Curam gerat: id verò concessum fuisse, sequentibus conditionibus, ut Magister ille qui rerum quæ ad eos pertinent curam gerat ab Amplissimo Rectore eligatur; tum, ut idem ultra biennium Agentis munus non gerat, nisi illud eidem prorogare visum fuerit Amplissimo Rectori: Plurimis verò abhinc annis prædictos Pædagogos nihil non moliri, ut paulatim sibi arrogent jus nominandi, præsentandi vel confirmandi suum, ut aiunt, agentem; dum recurrentibus eligendi temporibus ab Amplissimo Rectore postulare non desinunt, ut ne unum ex ipsis aliquem in agentem eligat aut nominet, quin super eâ re auditi fuerint Pædagogi Academici, quin convocata fuerint Comitia eorum generalia, deliberatione que præhabitâ Amplissimo Rectori retulerint, qui sint illi, quos rebus Pædagogorum Academicorum gerendis idoneos maximè ipsi judicent: Et Re Academicâ sibi visum fuisse, ut Rectoriæ Dignitatis Jura hac in parte sarta tecta que servarentur: Adeò que cùm præfati Magistri, ex præhabitâ conclusione, Unum et alterum ex ipsis in agentis munus sibi præsentavissent, Improbavisse se primùm, quòd eâ de re deliberationem habuerint, et eandem in Commentarios suos retulerint: Deinde neutrum eorum quem ipsi præsentaverant elegisse in agentem, sed unum ex ipsis alium quem sibi et omnibus notum est esse rerum Academicarum peritum maximè et amantem; qui tamen pro modestiâ suâ et negotiorum suorum multitudine ab onere suscipiendo excusari se postulavit. Postquam dixit Amplissimus Rector, auditus est eâ de re meritissimus Syndicus; Eo que audito Deputatis omnibus Placuit, approbari ea quæ gessit Amplissimus Rector, eidemque gratias agi, et ad perpetuam rei memoriam Factam ab eo narrationem in Commentarios referri./.

7°. De Negotio, quod inter M. Clar. Mgrum Danterocher, Licentiatum Theologum in Academiâ Parisiensi, Ecclesiæ Collegiatæ S. Juliani Brivatensis Comitem et Cano-

G. D'PARIS F.P.EX. 2. SOLS

nicum, et Virum pariter Clariss. M. de la Chastagne de Seyreis ejusdem Ecclesiae Comitem, Canonicum, et Praepositum designatum a majori parte Capituli pendet in Curiâ Parlamenti injudicatum, occasione Baccalaureatûs in Theologiâ, quem praefatus M. de la Chastagne dicitur, non confecto quinquennio, sed biennio tantùm esse consecutus in Universitate Valentinensi, Auditus est M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus: eoque audito ac requirente, Placuit, Viros Clariss.os MM. Gillet, de la Monnoye, et de Lambon, Universitatis Patronos quamprimùm consuli, et ab iis quid hac in re facto opus sit requiri./.

8° Lectae sunt Tabulae Vectigalis viritim impositi, iisdemque subscribi placuit./.

9° Placuit Xenia distribui amanuensibus tùm Notarii, tùm Procuratorum Forensium, eadem, quae anno praeterito./.

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE.

Atque ita, super his novem Capitibus, audito prius Syndico, ab amplissimo Rectore conclusum est./.

Vicaire Rector

Die 28. Januarii, amplissimus Rector et Praeclara Artium Facultas interfuerunt solemni sacro, quod ad memoriam D. Caroli-Magni celebrari solet in aede sacrâ Navarricâ ex institutione Viri Clariss. Caesaris Egaste duboulay. Oratio Panegyrica, quae à Natione Normanicâ debebatur, defuit./. 28. Janua.

Die 30. Januarii, Majores Universitatis officiarii cereos pro more detulerunt Minoribus Magistratibus./. 30. Januar

Die 31. Januarii, amplissimus Rector, Decani, Procuratores, cum adjunctis, officiariis Majoribus, omnibusque apparitoribus, cereos detulerunt Serenissimo Aurelianensium Duci, et singulis supremarum Curiarum Principibus. Cum Illustrissimus Parisiensis Archi-Episcopos abesset, Cereus ab officiariis Universitatis Majoribus delatus est, et ostiario relictus./. 31. Januar.

Fourneau Scriba./.

Anno dñi 1758. die primâ Februarii, Amplissimus Rector, Decani, Procuratores cum adjunctis, officiariis Majoribus, et Apparitoribus Versalias se contulerunt, ibique Cereos obtulerunt Regi, Reginae, Serenissimo Delphino, Serenissimae Delphinae et Serenissimo Burgundiorum Duci. Amplissimus Rector ad singulos habuit Orationes Dignitatis et Elegantiae plenas, temporis ac publicarum rerum proprias, et singulis personis maximè convenientes. Cum Illustrissimus Galliae Cancellarius inventus non esset domi, Cereus ostiario relictus est./. 1ª Februarii

Universitas sumpsit vestes ac deinde prandium apud Patres vulgò Recollectos./

Fourneau Scriba.

Die tertiâ ejusdem mensis Februarii amplissimus Rector, et Praeclara Artium Facultas interfuerunt solemni sacro quod fit pro Magistris Academicis vitâ defunctis apud fratres Praedicatores./. 3. Februar.

Fourneau Scriba

4. febru. Anno dñi 1758, die quartâ Februarii, habita fuit comitia ordi-
=naria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem, in
Regiâ Navarrâ. Quibus in comitiis primùm consedit M.
Tamponnet, novus Theologicæ Facultatis Decanus.

1° Supplicarunt pro litterâ nominationis quæ Magisterii artium et quin-
=quennii. MM. Joannes-Rodolphus de Rafin, Subdiaconus Ute-
=tianus, et Josephus-Antonius Bullet de Bougnon, Subdiaconus Divi-
=tinus. De iis retulit M. Guerin Syndicus ac dixit se vidisse tùm eorum
litteras Magisterii, tùm Professorum quos audierunt testimonia, quibus constat
legitimum Studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, ceteraque instrumenta
ad eam Supplicationem requisita, in quibus nihil occurrisse vitii, nisi
quòd M. Bullet de Bougnon litteras tonsuræ afferat inquibus nomen
gentilitium aucupatè minùs describitur. Audito Syndico, cum Mgro de Rafin
postulatum concessum est, item et Mgro Bullet de Bougnon, ut errorem
Litterarum tonsuræ reformari curet./.

2° Lecta et recognita cum quæ fuerant superioribus comitiis acta
et statuta./.

3° Auditâ relatione Ornatissimorum Galliæ et Germaniæ Procuratorum
de M. Laurentio-Michaële Tricot, qui postremis in comitiis supplicaverat
pro licentiâ gerendi Pædagogii sub clientelâ Universitatis: audito Mgro
Varin, Pædagogorum Academicorum agente novo, ab Amplissimo Rectore
cum omnium plausu recèns electo ac nominato, habitis in hanc rem generalibus
Pædagogorum Comitiis die Januarii: audito pariter M. Guerin, Universitatis
Syndico, placuit M. Laurentio-Michaëli Tricot concedi clientelas litteras./.

4° Supplicavit iterum M. Ducreux pro licentiâ aperiendi hac in urbe Pæda-
=gogii sub clientelâ Universitatis. Audito Syndico, nominati sunt Ornatissimi
Galliæ et Germaniæ Procuratores, qui in vitam, mores ac peritiam supplicis
inquirant, ac de iis ad proximum comitia referant./.

5° Quòd retulit M. Sourneau Scriba, ad se fuisse ante aliquot dies missum
à V. C. Mgro Dusaussel, Doctore Theologo, Socio Navarrico, Illustrissimi Episcopi
Virodunensis Vicario-generali instrumentum quatâ juris formulas ritè confectum
à Notariis duobus Virodumi degentibus; quò Scribæ Universitatis ab honesto Viro
Henry, Universitatis Papetario fit potestas, hujus nomine, papetarii officium
inter manus amplissimi Rectoris, et Deputatorum abdicandi. Lectum est abdi-
=cationis instrumentum: eoque lecto, et audito Syndico placuit, gratias agi
M. Dusaussel; demissionem admitti; et ad officium Papetarii vacans per
suram et simplicem demissionem M. Henry, ultimi illius Rectoris parisiis
eligi ac nominari extempore Virum honestum Moutonnier,
Apparitoris in Picardicâ Natione Vicarium, ac Successorem designatum.

6° Quòd dixit M. Guerin, Syndicus, ex conclusione latâ ultimis in comitiis
consultos a te fuisse Universitatis Consiliarios forenses, de eo negotio quod

in Supremâ Parlamenti Curiâ pendet nobiles inter Comites Brivatenses M. Danteroches et M. de la chassaigne de Seireys: eosque unâ voce censuisse, honoris esse ac dignitatis academiae Parisiensis, ut ipsa ad causam M. Danteroches, Licentiati Theologi accedat. Audito Syndico, Visum est accedendum esse ad causam M. Danteroches, conditionibus assuetis./.

7°. Quod retulit meritissimus Syndicus, antequam ad causam M. Dessaurem accederet universitas, ipsam fuisse apud Judices Castelleti Parisiensis, perorante ipso M. Brosses de St. Laurent, disceptatam ac judicatam: eum, quod praevisum fuerat, ab actione suâ fuisse submotum; atque inde litis naturam ita immutari, ut Consiliarii forenses Universitatis, qui fuerant antehac accedendi autores, nunc in contrariam sententiam abeant: Audito Syndico, Visum est promissam accessionem pro revocatâ haberi./.

8°. De rebus ad Collegium S. Michaelis pertinentibus, quarum occasione plurimis ab annis Lis pendet in Supremâ Parlamenti Curiâ, cum Principe Calesiano primùm nunc verò cum ejus haeredibus; Placuit consuli tùm advocatum tùm Procuratorem Universitatis: Rogatus est Amplissimus Rector, ut velit consultationi adesse, cùm Sapientissimo Jurium Decano, et Meritissimo Syndico: eâque consultatione habitâ, si sibi ita visum fuerit, Deputatos Universitatis extraordinem convocare, eâ de re deliberaturos./.

Atque ita, super his octo Capitibus, audito priùs Syndico, conclusit Amplissimus Rector./.

Vicaire Rector

Anno dñi 1758., die undecimâ Februarii, habita sunt extra-ordinaria Deputatorum Universitatis Comitia, apud amplissimum Rectorem, in Regiâ Navarrâ./. 11. Februar.

1°. Singulis Deputatis erogata est solita trium Libellarum Sportula./.

2°. Dixit M. Guerin Syndicus, praesente amplissimo Rectore, consultos fuisse Mgros Babil et Bailly de causâ quae ad Collegium S. Michaëlis pertinet, et in curiâ Parlamenti pendet proximè judicanda. Auditâ praedictorum Consiliariorum consultatione, audito Syndico, Visum est, è re ac dignitate Universitatis esse, ut quâ fide ac sanctitate administrationem rerum ad praedictum Collegium suscepit, eam pari diligentiâ ac constantiâ, apud Supremum Senatum, non vivâ voce tantùm, sed edito in lucem Libello memoriali defendat./.

3°. Lectus est Libellus Memorialis à meritissimo Syndico adornatus de Juribus emortui mancipii in aedes Minorum Collegiorum interiores; eundemque Placuit cùm Procuratore Cholettei, et Justiniani Primario in eandem causam Deputatis priùs communicari, quam, Universitatis nomine, Ill. V. DD. De Courteille offeratur.

Et ita super his Capitibus conclusit Ampl. Rector./.

Vicaire Rector

22. febr. Anno dñi 1758, die vigesimâ secundâ februarii, quæ fuit feriâ tertiâ secundæ hebdomadæ Quadragesimalis, horâ septimâ Matutinâ, habita sunt, pro more antiquo, in Maturinensi Comitia Universitatis ad aperiendum rotulum./.

1° Supplicavit pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii M. Petrus Bouillette, Clericus Parisinus. De eo retulit M. Guerin Syndicus ac dixit, se vidisse tùm ejus litteras Magisterii, tùm professorum quos audivit testimonia, quibus constat de Legitimo Studii tempore ab eo ritè confecto, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, suum præfato supplici postulatum concessum est./.

2° Audito et requirente M. Francisco Nicolao Guerin, Syndico, Placuit, antiquos Academiæ usus servari, et consequenter Nominationum rotulum in hunc annum aperiri./.

Et ita Conclusit amplissimus Rector./.

Vicaire Rector

29. februa. Anno dñi 1758, die vigesimâ septimâ februarii, habita sunt Comitia Extraordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Regiâ Navarrâ, ad excipiendas rationes accepti et expensi a Mgro Morin Collegii S. Michaëlis sequestro, per decursum annorum 1756. et 1757./. his in Comitiis primùm adfuit M. Nicolaus Bernard, Novus Jurium Decanus./.

1° Erogata est singulis Deputatis solita trium Libellarum sportula.

2° Auditæ et probatæ sunt præfati M. Morin rationes. Cumque compertum fuisset superesse ex accepto summam quinque millium quingentarum et decem libellarum, cum tredecim astibus et uno denario: Placuit divisam in tres partes summam, sic impendi: 1am in dissolvendam bis millium et ducentarum circiter Libellarum summam, quæ a præfato Collegio Lignarii cujusdam artificis, nomine Cusin creditoribus, ab anno 1741, debetur. 2am in extinguendum annum 108.tt. 13. censum, ab honesto viro in præfatum Collegium ad quincuncem constitutum. 3am partem inter prædicti sequestri manus relinqui in sumptus ordinarios impendendam.

3° Postquam libellus ille memorialis quem de Juribus emortui mancipii in ædes Collegiorum Minorum interiores cum Deputatis communicatus est, idem his in Comitiis iterum lectus est, et ab omnibus impensè laudatus.

Et ita conclusit amplissimus Rector./.

Vicaire Rector

4. Martii Anno dñi 1758, die quartâ Martii, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem, in Regiâ Navarrâ

1° Supplicarunt pro litteris Nominationis jure Magisterii Artium et quinquennii MM. Joannes-Dominicus Brun, Clericus Niciensis; Josephus-Nicolaus Prestre, Clericus Parisiensis; Thomas Beugon, Diaconus Æduensis; Stephanus-Ludovicus Lamy, subdiaconus Laudunensis. De iis retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum quos audierunt

testimonia quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse ritè conf=
=ectum; cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus
nihil desiderari. Audito Syndico, suum præfatis supplicibus postula=
tum concessum est. /.

2°. Lecta et recognita sunt, quæ fuerant superioribus Comitiis
acta et Statuta. /.

3°. Auditâ Ornatissimorum Galliæ et Germaniæ Procuratorum Relatione de
M° Claudio Ducreux Parisino, artium in academiâ Parisiensi Magistro, qui
postremis in Comitiis supplicavit pro Licentiâ aperiendi hac in Urbe Pædag=
=ogii sub Clientelâ Universitatis; audito M° Varin Pædagogorum academicorum
Procuratore seu agente; audito pariter M° Guerin Syndico, Placuit M° Claudio
Ducreux concedi clientelæ Litteras. /.

4°. Mortuo Viro honesto M° Fauvelay, forensi Universitatis Procuratore in Castell=
=eto Parisiensi, ejus in locum electus est M. de Courchamp.

5°. Quòd vicesimi Tributi exactores ab Universitatis quæstore generali vicesimam
Censualium obventionum partem repetant: Lectus est eâ de re Libellus memorialis
et Supplex à præfato Quæstore adornatus, eumque Placuit à Sapientissimo
Medicinæ Decano ad Illustrissimum Mercaturæ Præfectum deferri.

6°. Quòd dixit Amplissimus Rector apud Mariam-Jacobum Barrois, Librarium
Universitatis Juratum, editum esse Librorum Catalogum, quo venales inter recen=
=sentur duo, (alteri titulus est Les Mœurs, alteri La Pucelle Dorleans, Poeme,
Lond. 1756), quos Supremus Senatus flammis ultricibus damnavit: Viso prædicto
Catalogo, visis ac Lectis Supremi Senatûs in prædictos libros Arrestis, audito eâ de re
Mgro Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, Placuit, Illustrissimum Franciæ Cancell=
=arium enixè rogari, ut ne prædictorum auctionem fieri permittat; deinde ad
Rectorem per epistolam accersi librariorum Syndicum et adjunctos; iisque in
memoriam revocari Juramentum quintum quo fidem suam academiæ obligaverant.

atque ita super his sex Capitibus, audito prius super singulis
meritissimo Syndico conclusit Amplissimus Rector.

Vicaire Rector

Anno Dni 1758, die decimâ Septimâ Martii habita sunt Comitia 17. Mart.
Universitatis Centuriata in Maturinensi.

Primùm in angulo consessum est ubi supplicarunt pro Litteris nominationis
Jure Magisterii artium et quinquennii MM. Petrus Antonius de la Planche,
Presbyter Ambianensis; Joannes-Franciscus Didier, Presbyter Gratianopolitanus,
Alexius Becquet, Subdiaconus Ambianensis; f. Robertus-Philippus-Alexander
Blondin, Presbyter Ambianensis; Joannes-Ludovicus de Guyard, Diaconus Sagiensis;
Joannes Maria-Augustinus de Puyol, Presbyter Suessionensis; f. Carolus-
Firminus-Remigius Blondin d'Abancourt, Presbyter Ambianensis, antiquæ obsero=
=antiæ Cluniacensis, expressè Professus; de quibus retulit M. Guerin, Syndicus,
ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum quos
audierunt

Mart

audierunt testimonia, quibus constat de legitimo stadii tempore ab iis rite confecto, ceteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, placuit praefatis septem supplicibus sua postulata concedi. /.

Deinde fidem Academiae dedit Vir honestus Moutonnier, vir honestus apparitoris in fidelissima natione Vicarius, et successor designatus, pro officio Papetarii-Jurati vacante per puram et simplicem demissionem Mgr. Henry, ultimi illius possessoris pacifici, ad quod die 4a. februarii electus est.

Itum est in Comitium, ubi post quam amplissimus Rector, pro more, peroravit, omnes ordines Academici rata et grata habuerunt, quae gessit in suo Trimestri Magistratu litteras que ipsi Commendatitias decreverunt, et amplum Comitatum exhibuerunt rite procedenti ad aedem Deo Sacram sub invocatione S. Ludovici in Collegio Mazarinaeo. Ibi Pontificem egit S. M. N. Salmon, Doctor Sorbonicus, Magnus Collegii Magister ac Primarius: Sacram concionem habuit S. M. N. Riballier, Doctor Sorbonicus: Eucharisticam M. Noguette Grammaticae Professor in Dormano-Bellovaco. /.

Vicaire Rector

18. Mart. Anno Dni 1758. die decimâ-octavâ martii, habita sunt in antecessum Comitia gntia praeclarae artium facultatis, in Maturinensi.

de Bonvoust
de Guyard
Grain
Grenier
Mon Golfier

Post habitam ab amplissimo Rectore orationem, et factam ab eo supplicandi potestatem, supplicarunt Carolus-Jacobus de Bonvoust, acolythus Sagiensis, ut omissa particula de restituatur; Joannes Ludovicus de Guyard, Diaconus Sagiensis, ut ne sibi noceat quod nomini Gentilitio addiderit de St. Clair, vel etiam scripserit se de St. Clair, omisso nomine Gentilitio de Guyard: Ludovicus-Godfridus Grain, Clericus Camoracensis, ut ne sibi noceat quod omiserit dicere se Clericum. Blasius Grenier, ut immunis fiat à describendis Lectionibus philosophicis, propter insignem pectoris debilitatem ac spirandi difficultatem, quam scripto testatur M. Chomet, Doctor medicus Parisiensis; Alexander Carolus Mon Golfier, acolythus Viennensis, ut immunis fiat à describendis Lectionibus Philosophicis, propter insignem oculorum debilitatem, testante M. Vielliard, Doctore Medico-Parisiensi

Audito M. Guerin, Syndico, amplissimus Rector dimisit Nationes ad deliberandum de supplicibus, confirmandos que Quatuor-Viros. Petiit etiam ut grata et rata haberentur quae gessit in suo Trimestri Magistratu, et sibi decernerentur Litterae Commendatitiae.

Nationes in Comitium regressae per singulos Procuratores retulerunt, se rata et grata habere quae gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, eo que nomine Litteras ei Commendatitias decernere; supplicibus omnibus indulgere; confirmare Quatuor-Viros à se matutinis in Comitiis electos, scilicet in honorandâ Mgrum Joannem-Ludovicum Le Beau, Eloquentiae Professorem in Grassinaeo; in fidelissimâ, Mgrum La Hoche, humanitatis Professorem in Cardinalitio; in Venerandâ, Mgrum Deschamps, Licentiatum Theologum, ejusdem Nationis Ex-Procuratorem; in Constantissimâ, Magistrum Lallemand,

Eloquentiæ Professorem Emeritam.

Præterea quod dicit amplissimus Rector, se, ineunte hoc anno, litteras dedisse ad Illust. Comitem Dargenson, item que ad Illustrissimum Archi-Epum Parisiensem, ab iis que accepisse responsa humanitatis plena; amplissimo Rectori fidelissimo Picardorum natio gratulata est; huic vero gratulationi cætera deinceps nationes accesserunt.

Quatuor-Viri, præstito prius sacramento, inter manus amplissimi Rectoris Conclave subierunt, unde digressi per Magrum de la Roche retulerunt se fasces Rectoris Prorogasse amplissimo Rectori D.D. Antonio Vicaire. Quæ Prorogatio statim ab omnibus Nationibus probata et confirmata fuit. Ita concluxit amplissimus Rector./.

Vicaire Rector

Anno Dñi 1758. die quartâ mensis aprilis, feriâ Minicum tertiâ — 4. aprilis
vor Dominicam in albis, horâ septimâ Matutinâ, habita est in Matu-
rinensi, Synodus Beneficiatorum Universitatis. adest primum M. Jngout, Ven-
erandæ Nationis Procurator.

1° Postquam amplissimus Rector Synodum aperuit, Beneficiati per
Academicum Scribam, hoc ordine appellati sunt.

Pastores Ecclesiarum Parochialium.

M. Christophorus Bellot, Licentiatus Theologus, Pastor Ecclesiæ Paro-
chialis SS. Cosmæ et Damiani.

M. Claudius Leger, in artibus Magister, Pastor Ecclesiæ Parochialis
S. Andreæ ab Arcubus.

M. Joannes-Baptista-Antonius Cotelle, Licentiatus Theologus, Pastor
Ecclesiæ Parochialis S. Germani senioris, ab Universitate inter majores
Beneficiatos ultimò nominatus, designante Venerandâ Normanorum
Nationc.

Capellani

M. Carolus Tabourin, in Artibus Magister, Capellanus Capellaniæ
Beatæ Mariæ in Ecclesiâ Parochiali S. Andreæ ab Arcubus.

Capellaniarum Savoësianarum.

M. Petrus Stephanus Gourlin, Baccalaureus Theologus.

M. Joannes-Clemens Gervaise, Doctor Theologus, Magnus Regiæ
Navarræ Magister.

M. Franciscus Brenet, Baccalaureus Theologus et Grammaticæ
Professor in Harcurio.

M. Mathurinus le Nigue du Fresne, Baccalaureus in utroque
Jure.

M. Antonius Le Clerc, Baccalaureus Theologus, inter minores Benefi
ciatos ab Universitate ultimo nominatus, designante Venerandâ
Normanorum Nationc./.

Avril

Capellani Capellaniarum de Castelleto.

M. Petrus Meurice, licentiatus in Utroque Jure.

M. Julianus Chabrun, Baccalaureus Theologus.

M. Aleymus Dettin, in Artibus Magister.

Capellaniarum de Thesauro Regio.

M. Franciscus Witaste de Fontaine, licentiatus Theol.

Franciscus Monchablon, Presbyter.

absuerunt MM. Tabourin, Brenet, Witaste, Monchablon, qui excusati sunt, praeter M^grum Witaste.

audito M. Guerin, Syndico, Placuit, praesentes laudari, absentes verò qui sortitam absentiae suae causam dederu pro excusatis haberi, ceteros poenâ solitâ damnari.

2°. Quod dixit amplissimus Rector, Etsi à Regio Consilio non semel, novissimè verò die decimâ Martii 1751. data fuit Decisio, ut vocant, quâ interiora Collegiorum Academicorum aedificia à Jure eximeti Municipii Libera declarantur, ja Publicanos tamen novas eâ de re lites singulis fere annis intentari, hoc praetextu, quod ea à Conductoribus habitentur: Ere Academicâ sibi videri; ut quae superiori tempore adhibita sunt à Tribunali Academico Cautiones renoventur: Audito Syndico, Placuit conclusiones latas die 2ª et 3ª Maii 1712. renovari, ac typis Mandari, singulis Collegiorum Primariis et Procuratoribus distribuendas.

Et ita Concluxit amplissimus Rector.

Victor Rector

8. Apr. Anno dni 1758., die octavâ aprilis, habita fuit Comitia ordin. Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem, in Regiâ Navarrâ.

1°. 1° Supplicarunt pro litteris Nominationis Jure Magisterii Artium et Quinquennii MM. Jacobus Stephanus de Meromont, Presbyter Parisinus, Doctor Theologus, Ecclesiae Parisiensis Poenitentiarius, et Julianus-Josephus Betharelle, presbyter Atrebas; De iis retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit, Se vidisse tùm eorum litteras magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis suisque sitè confectum, caetera quae instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, Sum praefatis Supplicibus postulatum concessum est./.

2°. Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus Comitiis acta et Statuta.

3°. Ingressus est Vir Clarissimus Magister Mathurinus Marus, Philosophiae Professor in Regiâ Navarrâ; petitque sibi licere Universitati dedicare librum à Se scriptum de Mathescos Elementis. Illo à Comitio,

de more

de more, egresso, Dixit Amplissimus Rector, è re Academicâ sibi videri opus hoc edi in lucem sub autoritate Privilegii à Rege in quinquaginta annos Universitati concessi die 2a. Augusti 1720. Audito Syndico, Lecto Præfato Privilegio, Lectâ pariter Conclusione Latâ die 1a. Januarii 1731., Placuit, autoris multis Nominibus Academiæ Charissimi Studium ac Voluntatem laudari, præfatum verò Librum Viris Academicis in Mathesi versatis, legendum tradi, Magistro Turquet Emerito Philosophiæ Professori, et Magistro Hamelin Antiquo Rectori, olim Philosophiæ Professori, in Mazarinæo; ut ex eorum Judicio habeat Universitas quod sequatur. /.

4° Dixit Amplissimus Rector se, ex Conclusione ultimis Comitiis latâ, Litteras ipsâ Comitiorum die, dedisse tùm ad Illustrissimum Franciæ Cancellarium, tùm ad Syndicum et adjunctos rei Librariæ; hos, nullâ interpositâ morâ, ad ædes Rectorias venisse; auditâ que accersendi causâ, doluisse primùm, quod Catalogus apud Mariam-Jacobum Barrois editus Universitati occasionem præbuerit conquirendi apud Supremum Galliarum Magistratum: dixisse deinde eosdem, rem ad aures suas non venisse ante quam ederetur Catalogus, sed postquam publici juris factus est, ut Academiæ Proceribus ita sibi visam fuisse pravi exempli, adeò que quòd in se erat, se fecisse, ne trahat in consequentiam, missâ ad singulos Librarios Schedulâ, quâ cautum est, ne ullus posthac edatur Librorum Venalium Catalogus quin fuerit ab uno è Syndici adjunctis recognitus; Postulare se ijitur, ab Amplissimo Rectore, ut, pro humanitate suâ, aliam velit ad Illustrissimum Franciæ Cancellarium dare epistolam, præfatam que insimul Schedulam suam mittere; quæ petitio cum sibi visa fuisset æquitatis ac reverentiæ plena, huic se libenter annuisse. Auditâ Amplissimi Rectoris relatione, negotium illud non sapienter minùs quàm feliciter esse peractum: dignam esse Laudibus Syndici et adjunctorum rei Librariæ diligentiam; eorum que Schedulam in Commentariis Universitatis esse describendam, honoris causâ. Tenor Schedulæ sic est.

M..

Vous etes averti, de la part des Syndics et adjoints de votre Communauté, que l'intention de Monseigneur le Chancelier est que vous n'imprimiés, ou ne fassiés imprimer aucun Catalogue de Bibliotheque, qu'au préalable vous n'ayés envoyé à l'un des Syndics ou adjoints, une Epreuve de chaque feuille qui vous sera rendue paraphée. /

ce. 27. fevrier 1758. /.

5° Rogatus est Amplissimus Rector, ut, assumptis secum quos voluerit Comitibus, adeat ad Cognitorem Regium in Castelleto Parisiensi Virum Clarissimum DD. Moreau ab eo postulaturus, ut, pro suâ in Universitatem certissimâ voluntate, eundem Pergamenariis Universitatis Juratis Suffragiorum numerum in Eligendis pergamenariæ Communitatis Juratis Suffragiorum numerum indulgere velit, quem Prædecessores ejus, quem ipse [illegible]nus, si unus excipiatur annus proximè elapsus, præfatis Pergamenariis pro jure suo ac more antiquo concessit. /.

6° Lectæ sunt Epistolæ Rectorum Utriusque Academiæ Pictaviensis et Andegavensis

datæ

2 Mario

ad amplissimum Rectorem, de Studiorum tempore ex paed. academiarum Legibus ac consuetudinibus requisito ad obtinendum Baccalaureatum in Theologiâ, quibus constat quinquennium ab iis exigi. Ad eos scripserat amplus Rector ovasione accessionis Nobili Privatensium Comiti Magro Danterroches ab Academiâ concessas. Lecta est pariter Viri Rev. M. Simon de Mosar Consiliarii Universitatis Forensis ad eumdem amplum Rectorem Epistola; excusat se quòd, reintentibus summa autoritatis Viris, causæ Magistro Danterroches adversæ non valdiscerit: Causatur hanc à se suisse susceptam priusquam Universitas accederet; deinde, petitionem hanc, se inconsulto, fuisse concessam./.

7° Quòd Sapientissimus Medicinæ Decanus Libellum illum Memorialem ab Universitatis Questore conscriptum de tributo Decumano quod ejusdem exactores in censuales Universitatis obventiones repetunt ad Illust. Mercaturæ præfectum detulit; quòd que Vir Clarissimus Universitatis Votis ne annuat, Viri Regii DD. de Barillon responsa scripto tradidit: Placuit mandari eidem fidelissimo Questori, ut prædictorum Responsorum refutationem legitimam adornet./.

8° Quòd dixit idem Questor è vivis excessisse Virum honestum Guillaumon Domûs academicæ in viâ San Jacobæanâ inquilinum, Placuit Universitatis Notario Magistro Maupetit fieri potestatem novum conductionis instrumentum cum Guillaumon filio parandi, eodem pretio, iisdem que conditionibus quibus defunctus ejus Pater prædictam domum habitaverat.

9° Quòd dictum est Magistros Basly et Maupetit, alterum Universitatis Procuratorem Forensem in Curiâ Parlamenti, alterum ejusdem Notarium, fidelissimo Questori Codicem Universitatis censualem, et insimul declarationes ab ejus Censitariis factas vel faciendas recognoscentè non mediocrem adhibuisse operam: Placuit æquam hujusce laboris mercedem ex ærario desumi./.

x° Quòd dixit idem Questor Magistrum Berman domûs recens constructæ in viâ San-Jacobæanâ ex parte inquilinum à debito pluribus Trimestribus conductionis pretio non esse solutum, eidem mandatum est, ut cum Summo jure agat.

Atque ita super his decem Capitibus audito prius Syndico, concluxit amplissimus Rector./.

Vicaire Rector

6. Maii Anno dñi 1758, die Sextâ maii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem in Regiâ Navarræ

1° Supplicarunt pro litteris Nominationis, pure Magisterii artium et Quinquennii MM. Jacobus Antonius Barnoutier, Acolythus Rothomagensis, Hugo-Maria Ludovicus Henrion de Presbyter Parisiensis, Ludovicus Chapsal, Diaconus San-Florensis; de quibus retulit M. Guerin Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari.

Audito Syndico, Suum proefatis Supplicibus postulatum concessum est. /.

2° Lata et recognita sunt quæ fuerant superioribus Comitiis acta et statuta. /.

3° Ingressi sunt Viri Clarissimi M. M. Desplaces et Mayeux, Doctores Sorbonici; cumque Locum cepissent ad mensam Majorum Universitatis officiariorum, eorum alter M. Desplaces oratione latinâ declaravit, a Societate Patrum Sorbonicorum electum fuisse nuper Eminentissimum Cardinalem Nicolaum de Saulx de Tavannes, Aretii Episcopum Rothomagensem, Magnum Franciæ Eleemosinarium in Provisorem Domûs Sorbonicæ, Loco Eminentissimi Cardinalis de Tencin, demortui. Simulque prædictæ societatis nomine rogavit Academicum Tribunal, ut, pro vetere instituto, se conferat in ædes Sorbonicas ad confirmandam eam electionem, in id propositâ die — hujusce mensis undecimâ. Cum Utrique recessisset, Re missâ in deliberationem, Placuit eligi et assignari diem hujusce mensis undecimum, quo Tribunal Academicum in ædes Collegii Sorbonici se conferat, ad confirmandam electionem prædictam. Tum revocatis præfatis Doctoribus Delegatis, Amplissimus Rector hæc dixit, Viri Clarissimi, Tribunal Academicum, juxtâ vota Patrum Sorbonicorum elegit diem hujusce mensis undecimum, quo in ædes Collegii Sorbonici se conferat, ad confirmandam electionem à Societate Sorbonicâ Patrum Eminentissimi Cardinalis Nicolai de Saulx de Tavannes, Loco Eminentissimi Cardinalis de Tencin, demortui. /.

4° Accessit ad Tribunal Academicum M. Stephanus-Guislenus Sartiaux, Ambianensis in artibus Magister, Supplicaturus pro Licentiâ aperiendi hic in Urbe — Pædagogii Sub Clientelâ Universitatis. Audito Syndico Nominati sunt Ornatissimi Galliæ et Germaniæ Procuratores, qui de Supplicis moribus ac peritiâ inquirant. /.

5° Legit M. Maupetit Universitatis Notarius instrumentum conductionis cum Viro honesto Guillaumon renovatæ, juxtâ conclusionem postremi Comitiis latam: idemque fuit tùm a Tribunali Academico, tùm à præfato Guillaumon præsente et acceptante subsignatum. /.

6° Lecta et approbata ~~est~~ inventa à M. Paulo Barnelin, Universitatis Questore refutatio eorum quæ objecerat Tributi decumani exactor, in Censuales Universitatis obventiones. /.

Atque ita super his Sex Capitibus, Audito priùs Syndico, concluxit amplissimus Rector. /.

Vicaire Rector

Mars

11. Martii

Anno Dñi 1758., die undecimâ martii, habita sunt extra-ordinem Comitia Tribunalis academici ad confirmandam electionem Eminentissimi Cardinalis Nicolai de Saulx de Tavannes, in Sorbonæ Provisorem.

Horâ post meridiem tertiâ academicum Tribunal convenit in Sorbonæ Scholas exteriores, unde paulò-post à binis Doctoribus Sorbonicis deductum est ad ipsum Sorbonæ Collegium. Amplissimus Rector et Deputati academici eo habitu erant, quo solent esse in Comitiis Tribunalis academici ordinariis. Ingredientibus obviam honoris causâ prodiere quatuor ex antiquioribus Sorbonicis, ac prosecuti sunt ad aulam usque Majorem, in quam convenerant Patres Sorbonici, et plurimi etiam extranei. Amplissimus Rector consedit medius in Bractiatâ sede ad mensam oblongam in extremâ aulæ parte positam, et tapetibus instratam. Habuit, in sedilibus pariter Bractiatis considentes, ad Dextram quidem latus, Venerabiles D.D. Archi-Diaconum Parisiensem, Cancellarium B.æ Mariæ, Medicinæ Decanum, Picardiæ et Germaniæ Procuratores: ad Sinistrum autem, Venerabiles D.D. Theologiæ et Juris Decanos, Galliæ et Germaniæ Procuratores, et meritissimum Syndicum. In eâdem sinistrâ parte posita erat minor mensa, ad quam sedebant Universitatis Scribæ, et Quæstor Generalis.

Priusquàm autem capta esset Comitia Venerabilis Vir D. Regnault Archi-Diaconus Parisiensis, legit contestationem tam suo quàm meritissimi Cancellarii nomine consignatam, cujus tenor sic erat.

Nous Nicolas Regnault, Prêtre, Docteur en Theologie de la faculté de Paris, et Archidiacre de l'Eglise de Paris, et Nicolas-Bonaventure Thierry, Prêtre, Docteur de la Maison et Société de Sorbonne, Chanoine de l'Eglise de Paris, et Chancelier de l'Eglise et Université de Paris, attendu que dans quelques unes des assemblées tenues cy-devant pour elire ou confirmer l'Election de MM. les Proviseurs de Sorbonne et toujours composées de l'archidiacre et du Chancelier de l'Eglise de Paris, du Recteur et autres Principaux membres de l'Université, Monsieur le Recteur de ladite Université a contesté la préséance à nos prédecesseurs et à prétendu être nommé le premier par l'Orateur de la Maison de Sorbonne, parlu le premier avant eux, mettre en deliberation et conclure, ainsi qu'il a coutume de faire dans les assemblées de l'Université: Nous croyons devoir declarer que nous ne nous departirons jamais du droit de préséance pretendu par nos prédecesseurs. 1°. parceque led. droit doit nous appartenir à raison des dignités dont nous sommes revêtus. 2°. parceque les testament du fondateur de Sorbonne et la Bulle de Clement IV. donnée en consequence, nous attribuent incontestablement le droit de Préséance par l'ordre et de rang qu'ils nous donnent entre les Personnes qui partagent avec nous le droit d'élire ou de confirmer. 3°. parceque dès la premiere Election qui fut faitte après la mort de Robert Sorbon, l'Archidiacre et le Chancelier de l'Eglise de Paris eurent la préséance sur tous les autres confirmateurs comme il appert par le Procez verbal d'élection qui fut dressé au nom de l'Archidiacre de Paris, et scellé de son sceau, pour servir de titre et de lettres de Provision au Proviseur élû. Sur quoy, nous observerons que dès ces premiers

G. D'PARIS
F.P.P.E.X.
2. SOLS

1758.

56.

temps, ou le sens de la Bulle devoit être mieux entendu, on comprit que l'ordre dans le quel les Electeurs ou confirmateurs sont nommés par la ditte Bulle, fixoit le rang, et décidoit pour la Préséance; Il a fait qu'on ne puisse nous objecter, ni à nos Successeurs le parti que nous avons pris d'éviter dans l'assemblée présente toute contestation tumultueuse qui pouroit mettre obstacle à l'empressement de tous et chacun des Confirmateurs pour applaudir au Choix qu'a fait la Maison de Sorbonne de Monseigneur le Cardinal de Tavannes, nous protestons contre tout ce qui pourra être fait au préjudice d'un droit si solidement établi, nous reservans à le faire valoir en tems et lieu, et par les voyes qu'il appartiendra, dont et de tout ce que dessus nous demandons qu'il nous soit donné acte par la presente assemblée, et que notre protestation soit inserée tout au long dans les Procez verbal qui sera dressé par le Greffier de l'Université, faisant de notre consentement, ainsi que de celui des autres confirmateurs la fonction de Greffier de la d. assemblée. Fait dans la grande Salle de Sorbonne le onzieme jour de may de l'année mil sept cent cinquante huit.

Cùm vir Clarissimus M. Franciscus-Nicolaus Guerin Universitatis Syndicus recensuisset, et ipse, pro retinendo ac tuendo amplissimi Rectoris Jure contestationem ex scripto legit, cujus tenor sequitur,

Et à l'instant Me. François-Nicolas Guerin, Professeur de Rhetorique au College Mazarin, ancien Recteur et Syndic de l'Université a dit: Que dans l'obligation que lui impose sa qualité de Syndic de soutenir les droits et l'honneur de l'Université, il ne peut se dispenser de faire ses protestations contre le contenu dans l'acte dont Lecture vient d'être faitte au nom de MM. Les Archidiacre et Chancellier de l'Eglise de Paris: Qu'il est bien éloigné neanmoins de vouloir troubler la tranquillité et le bon ordre, qui doivent regner dans cette Ceremonie: Il même que pour ne retarder que le moins qu'il lui est possible la confirmation d'un choix également honorable à ceux qui l'ont fait et à L'Eminentissime Cardinal qui en est l'objet, Il se contentera d'observer qu'il est toujours fort extraordinaire, que l'on pretende contester à M. le Recteur, qui est le Chef de l'Université, la Préséance, et la primauté de l'apostrophe dans un College qui fait partie de l'université, sans parler du droit acquis par la possession immemoriale, ou est M. le Recteur de presider aux assemblées qui se tiennent en pareille occasion. Qu'enfin on alleguerait la disposition de la Bulle de Clement IV., Bulle dressée dans un païs, ou l'on ne connoissoit point les usages et les rangs de l'Université de Paris, lesquels d'ailleurs ne dependent ici que de la puissance Royale. Que pour ces raisons et autres à déduire en tems et lieu, il proteste contre le refus qui pourroit être fait par lesd. Srs. Archidiacre et Chancelier de L'Eglise de Paris d'addresser la parolle en premier Lieu aud. S. Recteur en délibérant, comme aussi contre tout le contenu dans le susd. acte dont lecture vient d'être faite. De quoy Il requiert pour l'Université lui être pareillement donné acte, pour lui servir en tems et lieu à ce que de raison. Fait dans la grande Salle de Sorbonne le onzieme jour de may, mil sept cent cinquante huit

Signé Guerin Syndic de l'université.

Jun

Lectis ac traditis hinc et inde contestationum instrumentis, Vir Clarissimus M. Joannes-Baptista-Gabriel de Corgne de Launay, Doctor Theologus, et Regius Theologiæ Professor, vices gerens Senioris cujus ad dextrum latus sedebat, orationem exorsus est, suis verbis, amplissime Rector, Ecclesiæ et Academiæ Parisiensis Proceres. Ut lubentissimis animis, sic et attentissimis auribus auditus est, dum e Provisoris amissi et Successoris acquisiti laudes eloquentes et copiosè prosequeretur; ac demùm Sorbonicæ Domûs nomine postulavit, ut, pro more antiquo, electio Eminentissimi Cardinalis Nicolai de Saulx de Tavanneo in Provisorem Sorbonicum confirmaretur.

Tùm Amplissimus Rector argumentum idem retractavit elegantissimâ et dignitatis plenissimâ oratione, cujus in fine sententias, de postulatis ab Oratore Sorbonæ, rogavit hac formulâ; Clarissimi Utriusque ordinis Proceres, postulat à Vobis, ut &c.

Primus dixit sententiam Venerabilis Archi-diaconus Parisiensis, deinde meritissimus Cancellarius, adhibitâ utrique hac formulâ, Clarissimi Utriusque Ordinis Proceres; sententias deinde singulatim et ex ordine dixere Venerandi Theologiæ, Juris, et Medicinæ Decani, et Oratissimi Galliæ, Picardiæ Normaniæ et Germaniæ Procuratores, adhibitâ hac formulâ, amplissime Rector, Clarissimi Utriusque Ordinis Proceres.

Amplissimus Rector sic resumpsit, Clarissimi Utriusque Ordinis Proceres, Electionem Eminentissimi Cardinalis de Saulx de Tavanneo, in Provisorem Collegii Sorbonici probatis, laudatis et confirmatis. Et Ego Vobiscum Concludo./.

Vicarius Rector

3ia Junii

Anno Dñi 1758., die tertiâ Junii, habita cum Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem, in Regiâ Navarrâ.

1o Supplicavit pro litteris nominationis Juris Magisterii artium et Quinquennii M. Philippus-Josephus Brogniart, Subdiaconus Atrebatensis. De eo retulit M. Guerin, Syndicus ac dixit se vidisse tàm ejus litteras Magisterii, tùm Professorum quos audivit, testimonia, quibus constat de legitimo Studiorum tempore, ritè confecto, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, cum Supplici postulatum concessum est.

2o Lecta et recognita cum quæ fuerant superioribus Comitiis acta et Statuta.

3o De opere novo quod Vir Clarissimus Mathurinus Mazeas, Philosophiæ Professor in Regiâ Navarrâ, parat in vulgus edere super rebus Mathematicis, quod que die 8ª aprilis postulavit, ut sibi liceret Universitati Parisiensi dedicare: Auditâ relatione M. Lamelin, antiqui Rectoris, et M. Turquet Philosophiæ in dictâ Universitate Professoris, ad expendendum præfatum opus tum delegatorum, visâ que eorum sententiâ scripto datâ, quæ sic habet,

Amplissimi Rectoris, Tribunalisque Academici Justo perleginus opus gallicè scriptum, Elemens d'Arithmetique, d'Algebre et de Geometrie, avec une

Introduction aux Sections Coniques, cujus Clarissimus Autor id assecutus Nobis videtur, quod sibi proposuerat: nimirùm, ut intrà volumen, non amplum sané, eam disciplinarum Mathematicarum comprehendat Copiam, quæ et Academicæ Juventutis ætati, et Studiorum rationi ac tempori conveniat. Perspeximus insuper, quod Virum in Arte docendi versatissimum demonstrat, rerum delectum, distributionem, ordinem, Lucem, conjunctionem tantam, ut quod expositione indiget, excitare potius quam morari videatur, et Magistro simul ac Discipulo relinquat, unde non meras recitantium, sed grato ac facili labore detegentium partes agant. In cujus rei fidem subscripsimus, die tertiâ mensis Junii 1758. Signatum hamelin Turquet. — Placuit oblatam dedicationem admittere.

4°. Auditâ relatione Ornatissimorum Galliæ et Germaniæ Procuratorum de moribus et Peritiâ M. Stephani Guislesni Sartiaut, atrebatensis, qui postremis in Comitiis supplicaverat pro Licentiâ aperiendi hac in urbe Pædagogii sub Clientelâ Universitatis: audito M. Varin, Pædagogorum academicorum Procuratore seu agente: audito M. Guerin, Universitatis Syndico, suum præfato supplici postulatum concessum est./.

5°. Lecta est per Scribam Universitatis conclusio fidelissimæ nationis pridié facta, quâ prædicta natio nominat atque Universitati præsentat Virum Amplissimum DD. Antonium Vicaire Rectorem, ad unam è Capellaniis Savoësianis vacantem per obitum Magistri Francisci Brenet, Baccalaurei Theologi, et, dum viveret Grammaticæ Professoris, in Harcurio, ultimi illius Possessoris Pacifici. Audito M. Franc. Nicol. Guerin, Syndico, Visâ ~~prædictâ~~ conclusione, Latâ die 6ª Januarii proximé elapsi, quâ constat M. Ant. Le Clere, qui in ordine minorum Beneficiorum fuit ultimò nominatus, præsentatum fuisse ab honorandâ Natione, adeòque nominandi ac præsentandi vices, in eorumdem Beneficiorum ordine, ad nationem Picardicam devenisse: Placuit admitti Virum Ampl. DD. Antonium Vicaire, Rectorem, acta præsentem et acceptantem ad præfatam Capellaniam Savoësianam, vacantem per obitum M. Francisci Brenet, ultimi illius Possessoris pacifici, atque ipsi de illâ provideri./.

6°. Rationibus Academicis dies hujus mensis decima-septima; Supplicationibus, decima-nona indicta est./.

7°. Quòd verba fecit amplissimus Rector, viros academiæ nostræ amantissimos optare, ut alicui incommodo medicina reperiatur, quod in Concertationes Academicas, Studiosæ Juventutis æmulationem extincturum irrepit; Cum Juvenes ætate et doctrinâ præter ordinem in quo militant graves ad prædicta certamina admittantur: Placuit rogari Meritissimum Syndicum, ut pro suâ singulari prudentiâ, pro suo in academiam amore, eâ dere Libellum memorialem quam primùm conficiat, ad Summos magistratus deferendum, quo præsenti malo indicentur remedia, sine aliis malis./.

Junio

8° Lectum est Senatus consultum, die vigesimâ nonâ mensis maii proximè elapsi, factum de solemni præmiorum distributione ex Liberalitate DD. Collot amplificatâ; Placuit, rogari amplissimum Rectorem, ut cum quibus voluerit Deputatis, adeat honoris causâ, Illustrissimum Senatûs Principem et Illustrissimum Procuratorem Catholicum, iisque gratias agat nomine Universitatis; prædictumque Senatûs Consultum in Commentarios Universitatis referri.

9° Placuit novam Scholasticarum concertationum Amplificationem per Mandatum Rectorium promulgari.

10. Placuit eligi et designari ab Amplissimo Rectore, qui concertatorias Juvenum Academicorum Scriptiones, ad præfatam præmiorum distributionem, expendant, et cum Amplissimo Rectore judicent. Electi sunt autem, qui expendant concertationes.

Rhetorum, MM. Le Beau et Vauvilliers, Emeriti Rhetoricæ Professores, et MM. Gardin et Jaquin, humanitatis Professores, hic in Marchiano, ille in Harcurio.

Secundanorum, M. Lambert, Rhetoricæ Professor, in Marchiano; et MM. Furgault, Genien et Sanson, tertii ordinis Professores, in Mazarinæo, Bellovaco, et Regiâ Navarrâ.

Tertianorum, M. Maltor, Rhetoricæ Professor, in Dormano-Bellovaco; et MM. Louvel, Hamel, et Acher, secundi ordinis Professores, in Graslinæo, Regiâ Navarrâ, et Lexovæo./.

Quartanorum, MM. Sencier, et Asselin de Vaulegard tertii ordinis Professores, in Cardinalitio et Harcurio; et M. Coger Quinti ordinis Professor, in Mazarinæo.

Quintanorum, M. Le Roy, Rhetoricæ Professor, in Cardinalitio; M. Malardot, tertii ordinis Professor, in Sorbonæ Plessæo; et M. Varin Quarti ordinis Professor, in Marchiano.

Sextanorum. MM. Cahours, Seigneur, Coupé, et Monlieu de Larmenerie quinti ordinis Professores, in Graslinæo, Cardinalitio, Regiâ-Navarrâ, et Harcurio./.

Et ita super his decem Capitibus, audito super singulis M. Guerin Syndico, conclusit amplissimus Rector

Vicaire Rector

Sequitur tenor Senatus-Consulti, quo Certum quoddam Legatum DD. Collot, Emeriti Professoris, et Ecclesiæ Parisiensis, dum viveret, Canonici-honorarii, Universitati attribuitur ad Solemnem Præmiorum distributionem amplificandam./. Extrait des Reg. du Parlement

Veu par la Cour les Requêtes a Elle presentées; L'une par les Recteur, Doyens, Procureurs, et Supôts de l'Université, à ce que pour les Causes y contenues, il plut à notre ditte Cour homologuer les Conclusions du Tribunal de l'Université des 7. fevrier, et 8. may 1756., ensemble l'acte de fondation passé par devant Dupont et son confrere ~~ex Paris~~ notaires au Chatelet de Paris le vingt-quatre avril de lad. année 1756., en consequence ordonner, qu'elles

Seront executés; et neantmoins, attendu l'impossibilité de faire concourir les ecoliers des trois Classes indiquées par deffunt Bernard Collot, ordonner que la somme de quatre-cent livres sera employée à completter ce qui manque à la distribution generale des prix de l'Université, Sçavoir à la fondation d'un prix de version Latine, en Rhetorique, d'un de Vers en la Classe de troisieme, et de deux prix, l'un de version Latine, et l'autre de Thême, dans chacune des Classes de quatrieme, cinquieme, et Sixieme, Signée Bailly, Procureur; Et l'autre par Jacques-Guillaume le Chevalier, Prêtre, Docteur de Sorbonne, Chanoine de S. Honoré, Executeur Testamentaire dud. deffunt Bernard Collot, Ancien Professeur Emerite, au jour de Son décès, Chanoine-honoraire de l'Eglise de Paris, et de François-Claude Collot, maitre-ès-Arts, heritier dudit deffunt Bernard Collot, à ce que, pour les causes y contenues, Il plut à notre-dite Cour donner acte aux Suppliants, de ce que Sur la conversion du Prix de Grec en celle desd. prix de version Latine, en Rhetorique, de vers en la Classe de troisieme, et de Thême et version en les Classes de quatrième, cinquième et sixième, ils s'en rapportoient à la prudence de notred. Cour, d'ordonner ce qu'elle estimera bon être, Sauf et sans préjudice des autres droits des Suppliants, Lad. Requete Signée Lureau Procureur. ——

Conclusions de notre Procureur-General: Ouy le Rapport de M.e Claude Tudert, Conseiller, Tout Considéré, Notre dite Cour, a homologué et homologue led. acte de fondation du 24. avril 1756, ensemble les Conclusions du Tribunal de l'Université de Paris, des 7. fevrier, et 8. may aud. an, pour être executées Suivant leur forme et teneur, à la Charge neantmoins, qu'elles n'employent chaque année le revenu de lad. fondation à la distribution d'un seul prix, pour une version de Grec en langue Françoise, en faveur des Ecoliers de lad. Université étudians dans les Classes de Troisieme, Seconde et Rhetorique, Led. Revenu sera employé à completter les differens prix qui manquent à la distribution generale des prix de la d. Université; Donne acte aux dits Jacques-Guillaume Le Chevalier, Executeur testamentaire, et François-Claude Collot Seul heritier dud. deffunt Bernard Collot fondateur, de ce qu'ils s'en rapportent à cet égard à la prudence de Notre dite Cour; Ce faisant, Ordonne qu'il sera ajouté chaque année à la dite distribution generale des prix de l'Université, dix-huit nouveaux prix, qui seront delivrés, Sçavoir, deux aux Rhetoriciens Veterans, et deux aux Rhetoriciens Modernes, qui les auront merités par la Composition d'une Version de Latin en François: deux aux Ecoliers etudians en troisième, pour une Composition en Vers Latins; Et quatre pour les Ecoliers de chacune des trois Classes inferieures de quatrième, cinquième et Sixième, pour des Compositions de Thême et de Version: Ordonne que le nom dud. Bernard Collot sera ajouté, comme fondateur desdits dix huit prix, dans les Programmes d'invitation à lad. distribution generale des prix de lad. Université, et dans les Etats de distribution. Si Mandons mettre Le present Arrêt à execution Selon Sa forme et teneur, de ce faire te donnons tout Pouvoir. Donné en notred. Cour de Parlement le vingt neuf may, l'an de grace mil Sept cent cinquante huit. Collationé Lesotes, Signé Dufranc./

Junio

17. Junii — Anno dni 1758, die decimâ septimâ Junii, habita sunt Comitia Deputatorum et adjunctorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem in Regiâ Navarrâ, ad excipiendas rationes accepti et expensi ab Universitatis Quæstore per annum 1757. Quibus auditis, probatis, et ab omnibus subsignatis, compertum est, summam 1202tt. 16. 0d. 1s. ultrà quam quod acceptum fuit, expensam fuisse. /. Vicaire Rector

19. Jun. — Anno dni 1758, die decimâ nonâ Junii, habita sunt Comitia Centuriata Universitatis, in Maturinensi.

Primùm in angulo concessum est, ubi supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Jacobus-Julianus Mesté, Presbyter San-Maclovæus; Alexander Le Maire, Presbyter Atrebas. Josephus Vincent, Diaconus Lugdunæus; Petrus-Nicolaus St. Martin, Acolythus Parisinus; Marcus Plomion, Diaconus Noviomensis; de quibus retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum quos audierunt, testimonia, quibus constat Legitimum Studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, placuit indulgeri præfatis supplicibus.

Posteà Vir amplissimus DD. Antonius Vicaire, Rector, nominatus ab Universitate ad unam è Capellaniis Savoïsianis, vacantem per obitum M. Francisci Brenet, ultimi illius Possessoris pacifici, solitum inter manus sapientissimi Theologiæ Decani præstitit Sacramentum; atque in realem et corporalem prædictæ Capellaniæ possessionem, per traditionem libri, pro more Majorum, missus est. /.

Itum est deinde in Comitium, ubi postquam amplissimus Rector peroravit omnes ordines Academici rata et grata habuerunt quæcumque gessit in suo trimestri Magistratu; litterasque Commendatitias decreverunt; simulque ipsi amplum Comitatum præbuerunt ritè procedenti ad Ædem Deo Sacram sub invocatione S. Sulpitii, in suburbio San-Germano.

Pontificem egit S. M. N. Duleau, S. Sulpitii Pastor Vigilantissimus: Concionem habuit ad populum M. Sepher, Doctor Theologus, Socius Sorbonicus. Eucharisticam verò ad Pontificem, M. Seigneur, Grammaticæ Professor in Cardinalitio. /.

Vicaire Rector

20. Junii — Anno dni 1758, die vigesimâ Junii, habita sunt extrà ordinem Comitia Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Regiâ Navarrâ. /.

1°. Dixit amplissimus Rector, Illustrissimum Virum DD. Joly de Fleury, advocatum Catholicum, antequam Patroni Forenses causam illam quæ apud Supremum Senatum pendet de rebus ad Collegium S. Michaëlis pertinentibus in utramque partem agitarent, autorem fuisse, ut Universitas, pro suo pacis amore, eandem amicè componi, si fieri possit, annueret: Conditionem à Tribunali academico fuisse acceptatam; adeòque, se præsente cum tribus officiariis Majoribus Universitatis, causam illam fuisse hinc et

inde disceptatam, ex parte Universitatis quidem à Viris Clarissimis DD. Babille, et Basly, altero advocato, altero Procuratore forensi; ex parte verò adversâ, à peritissimo Viro DD. Coqueley de Chaussepierre; nuneque Compositioni spem non esse desperatam, nisi tamen M. Josephus Lespinasse obstet, ne Illustrissima Matrona ad propositas conditiones descendat; quod si fuerit, Summis Magistratibus esse constiturum, quae pars sit concordiae ac paciae inimica. Tum auditus M. Guerin Syndicus; eoque audito, re in deliberationem mislâ, rogatis dictisque sententiis, Visum est supersedendum esse, donec praeducta DD. de Perigord scripto declaraverit se propositas conditiones accipere, vel rejicere./.

2° Quòd M. Morin Collegii Trecorensis Procurator sequester accessit ad Tribunal academicum, ac petiit, ut, cùm Regiâ autoritate fuerit fossa Agrorum ad Collegium Trecorense pertinentium, quae 400.tt aestimata est, summam hanc a M. Dutartre, Notario in id à Rege designato accipere sibi liceat; eidemque adjicere 600.tt, ex quibus conjunctis praefatum Collegium annuo 50.tt censu extimatur. Audito Syndico, suum praefato supplici postulatum consessum est: eâ lege, ut conclusionem supremi Senatus autoritate confirmari curet; eâque confirmatâ, praed. census apocham, intrà sex menses ad Tribunal Academicum afferat./.

3° Facta est Potestas M. Basly, Procuratori forensi, ut Universitatis nomine accedat ad causam Pergamenariorum Juratorum Universitatis, pro duplici suffragio in Electione Juratorum nusquam ipsis non consesso; et à cognitore Regio iterùm negato.

4° Visum ex è re academicâ nullum fieri libellum Memorialem Universitatis nomine, quin ejusdem exemplar unum in Cartophylacio ad perpetuam memoriam, alterum in Tabulario ad usus quotidianos deponatur; simulque libellorum memorialium accuratum indicem confici./.

Atque ita, super his quatuor Capitibus, audito super singulis Syndico, Conclusit ampl.s Rector.

Vicaire Rector

Anno dni 1758, die vigesimâ tertiâ mensis Junii, habita sunt Comitia Rectoria praeclarae artium facultatis, in Maturinensi./. 23. Junii.

Post habitam ab amplissimo Rectore Orationem elegantissimam, factâ supplicandi potestate supplicarunt Petrus-Isaac Germont, subdiaconus Bellovacus, ut nomini gentilitio, addatur Littera, t; Ludovicus-Dionysius Hochon, ut è Catalogis deleatur Dionysius; Antonius de Layrolle, Clericus Ruthenensis, ut è nomine gentilitio deleatur Littera s: Marcus-Plomion, Diaconus Noviomensis, ut in decibus Catalogis addatur Clericus. Jacobus-Julianus Meslé, Presbyter San-Maclovaeus, ut ne sibi noceat quòd addiderit de Gran-Clos; Joannes-Jacobus Valentin, Diaconus Rothomagensis, ut ne sibi noceat, quòd nomen Gentilitium scripserit Valantin; Guillelmus Valentin, Clericus Rhedonensis, ut deleatur cognomentum Joannes: Antonius-Josephus-Franciscus Cordier, Clericus Audomarensis, ut inversus cognominum ordo restituatur; pro immunitate ab onere scribendi codices philosophicos, Joannes-Baptista-Ubaldus Thery, Presbyter Atrebatensis, ob infirmitatem oculorum, quam scripto testatur Magister Danié despatureaux, Doctor Medicus Parisiensis. Nicolaus Trecourt, Clericus Lingonensis, propter debilitatem pectoris et renes

Germont
Hochon.
de Layrolle
Plomion.
Meslé
Valentin
Valentin
Cordier
Thery
Trecourt

huius. Rhumatismo laborantes, testante Mgro Meunier, Doctore medico Parisiensi; Narcistus Onesimus huius, propter oculorum ac pectoris infirmitatem, testante M. de la Coardiere, Doctore medico Parisiensi./.

Audito de his Supplicibus meritissimo Syndico, amplissimus Rector dimisit Nationes ut de iis deliberarent, confirmarentque Quatuor Viros privatis in colloquiis electos, simulque petit, ut grata et rata haberentur quae gessit in suo trimestri Magistratu et sibi litteras Commendatitias decernerentur.

Reversae Nationes per singulos Procuratores retulerunt, se rata et grata habere quae gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu et Litteras ei Commendatitias decernere: indulgere omnibus Supplicibus: Confirmare Quatuor Viros, nimirum in honorandâ Natione, Magistrum Sozet, Virum Rectorium, et Emeritum Philosophiae Professorem; in fidelissimâ Mgrum Le Bon, Grammaticae Professorem in Mazarineo; in Venerandâ Mgrum Sanson, Litterarum Professorem in Regiâ Navarrâ; in constantissimâ Mgrum Nagot, Virum Procuratorium, et Emeritum humanitatis Professorem. Adjecerunt tres Nationes, Gallicana, Normanica, et Germanica dolere se, quod, priùs quàm res ad Supremum Senatum deferretur, Senatus consulta non fuissent acta et Libelli memoriales de amplificandâ, ex Legato Magistri Bernardi Collot, et ad Grammaticorum Scholas dilatandâ solemni Praemiorum distributione. Declaravit ordo fidelissimus, se inconsulto, rem non fuisse pervectam.

Tùm Quatuor Viri, praestito Sacramento, Conclave ingressi sunt, undè digressi per Mgrum Le Bon retulerunt, se unanimi suffragio prorogavisse fasces Rectorios amplissimo Rectori. Quae statim prorogatio confirmata fuit ab omnibus Nationibus./.

Et ita concluserit amplissimus Rector./.

Vicarius Rectoris

1. Julii. Anno Dñi 1758, die primâ Julii, habitâ tunc Comitia Ordinariâ Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Regiâ Navarrâ.

1°. Supplicavit pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et Quinquennii, M. Gabriel Ronnac, Diaconus Carcomutensis. De eo retulit M. Guerin, Syndicus ac dixit se vidisse tùm jus Litteras Magisterii, tùm Professorum quos audivit testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab eo fuisse ritè confectum, caetera que instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito meritissimo Syndico, fuerunt praefato Supplici postulatum concessum est./.

2°. Lecta et recognita sunt quae fuerant posterioribus in Comitiis acta et Statuta./.

Atque ita super his concluserit amplis. Rector./.

Medicus Rector

G. D'PARIS P.P. EX. 2. SOLS

Anno dñi 1758, die quintâ Augusti, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, apud Amplissimum Rectorem, in Regiâ Navarrâ. 5.a Aug.

1.o Supplicarunt pro litteris Nominationis Jure Magisterii artium et quinquennii Michael Charmond, Presbyter Matisconæus: Joannes Franciscus Bellegueule, Subdiaconus Ambianus; Stephanus-Franciscus Le Sourd, Presbyter Meldensis: Joannes-Baptista Antonius La Forie, Subdiaconus Claromontanus; Claudius Tirlet, Acolythus Sylvanectensis; Joannes-Baptista Goulliart, Clericus Atrebatensis; Adrianus-Josephus Gislenus Cauliez, Subdiaconus Audomarensis; Petrus-Josephus Gandin, Acolythus Lugdunæus; Gabriel Claudius Mortet, Acolythus Lingonensis: Nicolaus Antonius Genevois, Subdiaconus Lingonensis; Jacobus Godard; Subdiaconus Catalaunensis; Antonius-Josephus de Le rüe, Presbyter Atrebatensis; Cosma Franciscus Sejourné, Acolythus Catalaunensis; Jacobus Millin, Acolythus Nivernensis; Antonius-Josephus Carlier, Presbyter Laudunensis; Petrus-Memmius Sejourné Subdiaconus-Catalaunensis; Joannes-Jacobus-Valentin-Diaconus Rothomagensis; Joannes-Baptista de Fajole, Subdiaconus-Ruthenensis; Joannes-Florimondus Gasselin, Subdiaconus Noviomensis; Petrus Landré, Presbyter Aurelius; Franciscus-Leodegarius Creuzet, Subdiaconus Claromontanus: Joannes Baptista Gosselin, Acolythus Ambianensis; Petrus Therin, Diaconus Parisinus; Ludovicus-Alexius de Leselle, Diaconus Bononiensis; Carolus de Lions, Diaconus Senonensis; Joannes-Baptista-Petrus Cheddé, Diaconus Carnotensis; Jacobus-Sulpitius Godquin, Acolythus Ambianensis; Adrianus-Antonius Le Roy, Diaconus Noviomensis; Tussanus Cornet Acolythus Cabillonæus; Michaël Cheny, Subdiaconus Lingonensis; Carolus Sauvage, Clericus Noviomensis; Antonius-Franciscus-Josephus-Conseil, Subdiaconus Audomarensis; Guillelmus-Luglianus de la Fosse, Subdiaconus Ambianensis; Josephus-Franciscus Lucquet, Subdiaconus Ambianus; Josephus-Franciscus Cordier, Clericus Audomarensis; Petrus-Saint Lambert, Diaconus Sagiensis; Franciscus-Jacobus Goupil, Diaconus Sagiensis; Josephus Anetin Gournay, Diaconus Carnotensis; Petrus-Isaac Germont, Subdiaconus Bellovacus; Franciscus Renatus Rousseau, Clericus Cenomanus; Mathurinus Charlot, Clericus Cenomanensis; Philippus Lulier, Diaconus Parisinus; Joannes-Franciscus Blondelu, Acolythus Ambianensis; Hieronymus-Germanus Fay, Subdiaconus Cenomanus; Dionysius-Jacobus-Nicolaus Poisson desormeaux desécottais, Subdiaconus Cenomanensis; Laurentius-Joannes-Baptista Augustinus-Ludovicus Damar de Letang, Subdiaconus Macloviensis; Joannes-Repey, Presbyter Matisconæus; Camillus Bouquet, Presbyter Lugdunensis; Claudius-Franciscus Salles, Presbyter Lugdunensis; f. Marcus-Antonius-Eugenius de Villeneuve desclapon, Diaconus Regiensis, antiquæ observantiæ ordinis Cluniacensis expressé Professus; Joannes-Gabriel Bartouilt, Diaconus Condomiensis; Joannes-Franciscus Alliot, Diaconus Laudunensis; Jacobus-Quintinus-Ludovicus Blondel, Acolythus Noviomensis; Carolus Follereau, Diaconus Nivernus; Franciscus Nicolaus Revesche, Presbyter Meldensis; Franciscus-Ludovicus Lagny, Acolythus Parisinus; Augustinus-Josephus de Leuz Presbyter Audomarensis; Joannes-Rigué Presbyter Nivernensis; Mathurinus Blanchard, Presbyter Corisopitensis; Franciscus-Petrus-Bonaventura Lallemant, Subdiaconus Catalaunus; Antonius Martialis Muret, Diaconus Lemovix; Mauritius Fitz gerard, Presbyter Keriensis in hyberniâ; De quibus retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus,

Aug.°

ac dixit se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum quos audierunt, testimonia, quibus constat, Legitimum Studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari, nisi quod M. Jacobus Blondel, litteras Tonsuræ non exhibuerit: Mgr Gamard de Letang, litteras Tonsuræ exhibeat, in quibus cognomentum de Letang desideratur: M. Josephus Anclin, in omnibus actis academicis nomini gentilitio perperam addiderit, Gournay; M. Poisson desormeaux, malè addiderit desécottais; M. Felz-Gerard, et M. Lallemant Litteras Magisterii artium non exhibuerint, etsi ex testimonio Dignissimi Ecclesiæ Parisiensis Cancellarii constet utrumque gradum Magisterii artium obtinuisse; M. Bartouth quinquennium confecerit, exceptis duobus diebus; Mgri Le Roy et Lallemant, auditores Mgri Dulaurent de la Barre Theologiæ Professoris in Regiâ Navarrâ, absentis, et ante unum mensem in patriâ suâ rusticantis, ejus litteras testimoniales in annum præsentem non exhibuerint. Audito Syndico, Placuit præfatis supplicibus sua postulata concedi, eâ Lege ut errores nominum corrigantur; iis verò quibus Tonsuræ, Magisterii artium, aut prædicti Mgri Dulaurent testimoniales Litteræ desunt, Nominationis aut Quinquennii litteras non expediantur, nisi eas exhibuerint.

2.° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

3.° Lectæ et approbatæ sunt integerrimi Universitatis Quæstoris rationes ob accepta et expensa ad solemnem præmiorum academicorum distributionem pertinentia, per annos 1754. 1755. 1756. et 1757. Quibus auditis, Compertum est summam 839tt. 13. 8d ultrà quam quod acceptum fuisse expensam esse.

4.° Quod dixit amplissimus Rector Unanimi supremi Senatus consensu adjudicatam fuisse Universitati causam hanc quam pluribus ab annis egit primùm cum Illust.° Principe Calesiano, ac deinde cum Illust.° Comite de Perigord, de rebus ad Collegium S. Michaelis pertinentibus: in eâ verò lite obtinendâ præclaram Universitati navavisse operam V. C. M. Babille, in Curiâ Parlamenti Patronum; causam ab eo non semel fuisse dictam, pari fide ac diligentiâ, confectos non semel Libellos memoriales, habitas non semel Consultationes tum cum Juris-consultis, tùm cum academiæ deputatis; Audito eâ de re M.° Guerin, Syndico; Placuit V.° C. Magistro Babille quindecim nummos aureos numerari./.

Atque ita super his quatuor Capitibus, audito priùs Syndico; conclusit Ampl. Rector.

Vicaire Rector

9. Aug.i Anno dni 1759, die nonâ Augusti, Congregata est Universitas in majoribus Sorbonæ Scholis ubi post habitam à V. C. Magistro Joanne Ludovico Le Beau, Eloquentiæ in Collegio Graslinæo, Professore, Orationem minimè degenerem, Præmia Academica, præsente supremo Senatu distribuit, hoc ordine.

1758. Aug° 61.

Præmium Eloquentiæ Latinæ, Magistris in artibus institutum ex fundatione DD. Joannis-Baptistæ Coignard, in hoc argumentum, utrum præstat invenire, an inventa perficere? meritus et consecutus est, Antonius Guyot, Bisuntinensis.

In Rhetoricâ.

Primum Orationis Latinæ Scriptæ Præmium inter Veteranos, meritus et consecutus est, Franciscus L'Evesque, Rothomagensis, è Plesiæo.

Secundum, inter Veteranos, Joannes-Renatus Asseline, Parisinus, è Col. Lexoviæo.

Primum ejusdem Orationis, inter Recentiores, Joannes-Baptista Osmont, Rothomagensis, è Plesiæo.

Secundum, Lucas-Joannes-Baptista Aubril, Constantiensis è Coll. Graslinæo.

Proximè accesserunt.

Augustinus de Beaumont, è Harcurio.
Joan-Bapt-Nicol. Gaston Doucet, Parisinus, è Plesiæo.
Joan-Franc. Josephus de la Croix, Compendiensis, è Plesiæo.
Lud. de Suffren de Villeneuve, Foroulianus.. è Plesiæo.
Theod. Edmundus-anna de Torr de Chaource, Lingonensis, è Plesiæo.
Joannes Lathouse, Eduensis, è Harcurio.

Primum Orationis Gallicè scriptæ Præmium, meritus et consecutus est Sebast.-Doctus Nicolas, è Graslinæo.

Secundum, Joan-Bapt. Osmont, Rothomagensis, è Plesiæo.

Proximè accesserunt.

Julianus Hebert, Parisinus, è Lexoviæo.
Theod. Edm-anna de Torr de Chaource.. è Plesiæo.
Joan-Franc-Jos. de la Croix - — è Plesiæo.
Achilles-Josephus Goyard, insulanus, è Regiâ Navarrâ.
Lucas-Joan-Bap. Aubril, Constant. è Graslinæo.
Petrus Augustinus Quillet, Parisinus, è Lexoviæo.

Præmium Carminis Latinè Scripti, inter Veteranos, meritus et consecutus est Joan-Bap-Josephus Dureaux de la Malle, San-Domin. è Plesiæo.

Primum, inter Recentiores, meritus et consecutus est Joannes-Franc-Josephus de la Croix, Compendiensis, è Plesiæo.

Secundum inter recentiores, Joannes-Baptista Osmont, Rothomagensis, è Plesiæo./.

Aug°

Proximè accesserunt.

Joan. Bap. Nicol. Gaston Doucet, Parisinus, — — é Harcurio.
Guillelmus Martin, Martinicanus — — é Bellovaco.
Lucas-Joan-Bap. Aubril, Constantiensis — — é Grassinæo.
Antonius-Joan. Junot, Parisinus. — é Regiâ Navarrâ.
Theod. Edm. Anna Le Tors de Chaource, Lingonensis — é Plessæo.
Joan-Baptista Therry, hibernus — — é Plessæo.

Primum orationis Latinæ in Gallicam conversæ præmium meritus et consecutus est Josephus-Franciscus Ficheux, ambianensis, é Mazarinæo.

Secundum, Petrus-Carolus Parseval de La Brosse de Briou, aurelianensis, é Harcurio.

Proximè accesserunt.

Michaël-Nicolaus Le Jeune, Bajocensis, — — é Harcurio.
Ludov-Alexander Martin, Calvomontanus-Lingonensis, é Marchiano.
Joan-Bapt. Nicolaus Gaston Doucet, Parisinus — — é Harcurio.
Ludov. Joannes-Bapt. [illegible] Meriadec de Rosiere, — — é Bellovaco.
Joan-Bapt. Therry, hibernus — — é Plessæo.
Bonaventura Du Doüit, Constantiensis — — é Harcurio.

Primum orationis Græcæ in Latinam conversæ Præmium meritus et consecutus est, Sebastianus-Rochus Nicolas, é Grassinæo.

Secundum, Maria Emmanuel de Reversac de Celés de Roquefort, Tolosanus, é Harcurio.

Proximè accesserunt.

Joan-Bapt. Osmont, Rothomagensis — — é Plessæo.
Franciscus Power, hibernus — — é Plessæo.
Jacobus-Augustinus Manoury, Rothomagensis — é Lexovæo.
Joan-Bap. Nicol. Gaston Doucet, Parisinus, — — é Harcurio
Lucas Joan. Bapt. Aubril, Constantiensis, é Grassinæo.
Achilles-Josephus Gojard, insulanus, — é Regiâ Navarrâ.

In Secundo Ordine.

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ Præmium meritus et consecutus est Joan-Alex. de Carney, Monspessulanus, é Bellovaco

Secundum, Mauritius Moore, hibernus, é Plessæo.

G. D'PARIS P.P.EX. 2 SOLS

Proximè accesserunt.

Petrus-Marcus Augier des Courgeats de Comelles, Burdigalensis — é Marchiano.
Joan-Bap. Le Roux, Parisinus — é Lexoviæo.
Joan-Bap. duhaumont de La Gardé — é Plessæo.
Anna Carolus Renatus de Bretigneres, Parisinus, é harcurio.
Claudius-Fran. de Moyria de Mornay, Lugdunensis é Mazarinæo.
Franciscus-Josephus Le Cromier, abrincensis, — é harcurio.

Primum Carminis Latinè Scripti Præmium meritus et consecutus est Sebastianus huguet, Parisinus, é Marchiano.

Secundum, Jacobus-Franciscus Augustinus Bourgois, Rothomagensis, é Mazarinæo.

Proximè accesserunt.

Franciscus-Protasius Destouvelles, Viræus-Bajocensis é harcurio
Nicolaus Parquoy, Parisinus — é Bellovaco
Petrus-hubertus Anson, Parisinus é Bellovaco.
Joannes de Lormel, Bellovacensis é Bellovaco.
Anna Carolus-Renatus de Bretigneres, Parisinus .. ex harcurio.
Carolus antonius-Balthazar Tinseau de Genne, Bituntinus — é Cardinalitio.

Primum Orationis Græcæ in Latinam conversæ Præmium meritus est Franciscus Protasius Destouvelles, Viræus, é harcurio.

Secundum, Ludovicus Renatus Ricquebour, Versaliæus, é Bellovaco.

Proximè accesserunt.

Franciscus Jos. Le Cromier abrincensis — é harcurio.
Nicolaus-Carolus Marye, Parisinus — é Bellovaco.
Claud. Fran. de Moyria de Mornay, Lugdunensis, é Mazarinæo.
Patricius Josephus Plunkett, hibernus — é Plessæo
Carolus de La Croix, San-Manechildæus, é Grassinæo.
Joan. Bap. Lafon, Lemovicensis — é Plessæo.

Primum Orationis Latinæ in Gallicam conversæ Præmium meritus est Claudius-Franciscus de Moyria de Mornay, Lug.sis, é Mazarinæo.

Secundum, Jacobus. Franc-Augustinus Bourgois, Rothomagensis, é Mazarinæo.

Proximè accesserunt.

Joan. Jacob. Laur. Martinus Gallis de Mesnilgrand, Constantiensis. é harcurio.
Carolus de La Croix San-Manechildæus — é Grassinæo.
Petrus-Marcus Augier des Courgeats de Comelles — é Marchiano.
Joan-Bap. Lafon — é Plessæo.
Joannes-Alex. de Carney — é Bellovaco.
Sebastianus huguet, Parisinus — é Marchiano.

Aug°—

In Tertio Ordine.

Primum Orationis Gallicæ in Latinam conversæ Præmium, meritus et consecutus est Philippus de Corne, Catalaunensis. — è Plesiaco

Secundum. Stephanus Baudoüin, Rothomagensis — è Plesiaco.

Proximè accesserunt.

Andreas Sebastianus Dehault, Virdunensis, — è Plesiaco.

Fran. Remigius Barrelier, Stampensis. — è Plesiaco.

Joan. nicolaus Buache, Catalaunensis, è Bellovaco.

Lud. Carolus Bosquillon de Fontenay, Bellovacensis, è Grassinæo.

Anton. Mac-mahon, Hibernus — è Plesiaco.

Carolus Letu, Mirapicensis —. è Plesiaco.

Primum Carminis Latinè Scripti Præmium, meritus et consecutus est Stephanus Baudoüin, Rothomagensis — è Plesiaco.

Secundum, Franciscus-Paulus Gerboux, Druida. — è Plesiaco.

Proximè accesserunt.

Philippus Theresia Mason d'autume, Bisuntinus — è Cardinalitio.

Ludov. Carolus Bosquillon de Fontenay, Bellovacensis è Grassinæo.

Edmundus Serlet, Parisinus — è Plesiaco.

Claudius-Phil. alex. Tinseau d'angicour, Bisuntinus, è Cardinalitio.

Georgius Carolus du Fresne, Ebroicensis — è Montano.

Joannes-Franciscus Perrignon. — è Plesiaco.

Primum Orationis Latinæ in Gallicam conversæ Præmium meritus est Emmanuel. Maria. Gabriel. Philippus Freteau, Parisinus, è Bellovaco,

Secundum, Nicolaus Certain, Jonvillanus è Plesiaco.

Proximè accesserunt.

Joan. Franc. Berthelot, Parisinus — è Bellovaco.

Joan. nicolaus Buache, Catalaunensis è Bellovaco.

Philippus de Corne, Catalaunensis. è Plesiaco.

Carolus-Joan. Bunel, Argentanus — è Plesiaco.

Andreas de hault, Virdunensis — — è Plesiaco

Jacobus Le Fevre, Meldensis — è Plesiaco.

Primum Orationis Græcæ in Latinam conversæ præmium meritus et consecutus est Bertrandus Johnson, Hibernus è Plesiaco.

Secundum, antonius Mac. Mahon, Hibernus, è Plesiaco.

Proximè accesserunt.

Thomas Marcognet, Parisiensis — é Grassinæo.
Ludov. Claudius Bigot de Ste Croix, Parisinus — é Bellovaco.
Petrus-ambrosius Piaut Montaigu, Trecensis — é Grassinæo.
Edmundus Fertel, Parisinus — é Plessæo.
Antonius Le Maire, Pontisaranus — é Grassinæo.
Nicolaus Le Clerc, Parisinus — é Sort. Plessæo.

In-quarto-Ordine.

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ Præmium meritus et consecutus est Ludovicus Fauconnier, Parisinus, é Mazarinæo.
Secundum, Claudius-ant. Metivier, Parisiensis, é Mazarinæo.

Proximè accesserunt.

Joan-Michaël Avisse, Parisinus — é Mazarinæo.
Lud. Alex. Urb. de Barthelier, Avenionensis, — é Mazarinæo.
Joan-Paulus Goudin de la fontaine, Parisinus — é Mazarinæo.
Joan-Claudius Le grand, Castri-Theodoricus — é Bellovaco.
Carolus Fauvel, Parisinus — é Lexovæo.
Alex-Maria Magnier, Parisinus — é Mazarinæo.

Primum orationis Latinæ in Gallicam conversæ Præmium meritus est Lud-Alex. Urb. de Barthelier — é Mazarinæo.
Secundum, Carolus de la Lain, Sandesirianus — é Cardinalitio.

Proximè accesserunt.

Joan-Paulus Goudin, Parisinus — é Mazarinæo.
Claudius ant. Metivier, Parisiensis — é Mazarinæo
Maria-Zorobabel Munier, Parisinus — é Mazarinæo
Petrus-Elias Puisié, Parisinus — é Mazarinæo.
Lud. Fauconnier, Parisinus — é Mazarinæo.
Franc. Xaverius-andreas Pagés de Vixouses, Arvernus — é Mazarinæo.

In-quinto-Ordine.

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ Præmium meritus est Ludovicus Edwardus de Boufflers, Parisiensis — é harcurio.
Secundum, Carolus Drapier, Parisinus — é Grassinæo.

Proximè accesserunt.

Jacobus Sejan, Parisinus — é harcurio
Joan-Bap. Coufoulens de Lairolle, Ruthenensis — é Grassinæo.
Petrus Math. Botentuit Langlois, Parisinus — é Mazarinæo.
Fran. Robertus Michel de Goussainville, Bellovacensis — é Regiâ navarrâ
Joan-Lud. Magne, Parisinus — é Mazarinæo.
Jacobus Lud. Cresson, Parisinus — é Mazarinæo.

Aug°

In Sexto Ordine.

Primum Orationis Gallicæ in Latinam conversæ Præmium meritus et consecutus est, Felix Moriceau, Parisinus — é Mazarinæo.

Secundum, Joan-Bap. Repond, Parisinus — é Mazarinæo.

Proximè accesserunt.

Andreas-Carolus Therrin, Parisinus, — é Mazarinæo.
Joan. Bruno de La Garde, Parisinus — é harcurio.
Petrus-Cyprianus Guedon, Meldensis — é Montano.
Ant. Le Seigneur, Rothomagensis — é Lexovæo
Joan-Fran. Fabre, Parisinus. — é Mazarinæo
Carolus Matthæus Brignon, Parisinus — é Mazarinæo.

Primum Orationis Latinæ in Gallicam conversæ præmium meritus est, Joan. Lud. Baudoüin, Venetensis — é harcurio

Secundum, Andreas Carolus Therrin, Parisinus, — é Mazarinæo.

Proximè accesserunt.

Nicolaus Steph. Framery, Rothomagensis — é Mazarinæo.
Petrus-Augustinus Droux, Parisinus — é Cardinalitio
Bened. Philippus-Maria Camus, Lexoviensis — é Graslinæo.
Joan. Franc. Lethias, Carnutensis — é Mazarinæo
Dionysius-Joannes Hudicourt, Parisiensis — é Mazarinæo
Simon-Georgius du Deschaux, Dolensis — é Mazarinæo.

14. Aug. Anno Dñi 1758., die decimâ quartâ augusti, habita sunt, horâ septimâ matutinâ, Comitia præclaræ artium facultatis, in Maturinensi, ad creandos probatores sive examinatores Licentiandorum in artibus./.

Post habitam ab ampl° Rectore Orationem, appellati sunt à Clariss. Pro-cancellariis examinatores Licentiandorum in artibus à Dignissimis Cancellariis designati, scilicet, apud B. Mariam MM. Barthouill, Turmine, et de Langle, Baccalaurei Theologi, nec non M. Kinek, Licentiatus Theologus, Vir Procuratorius: et apud B. Genovefem, Magister Caffaret, Emeritus humanitatis Professor: M. Turquet, Emeritus Philosophiæ Professor: M. Dorne, et Dally, uterque Baccalaureus Theologus; hic etiam Vir Procuratorius. Dimissæ nationes ad deliberandum ac deinde regressæ per ornatissimos Procuratores retulerunt creari à se et eligi probatores Licentiandorum in artibus eosdem Magistros, qui fuerunt a meritissimis Cancellariis designati, octo scilicet suprà nominatos. atque ita conclusit amplissimus Rector. Et continuò inter ejus manus Sacramentum dixere, præsentibus Pro-Cancellariis./.

Cottret Daroux Digressis pro-Cancellariis, factâ supplicandi potestate supplicarunt Joannes-Georgius Cottret, Clericus Parisinus, Ludovicus-Henricus Daroux,

Clericus Parisinus, et Petrus Clemens Dumée, Clericus Parisinus, ut omissa vox Clericus, in Catalogis restituatur: Joannes-Baptista-Carolus Cagnié, Acolythus ambianensis, ut ne sibi noceat quod omiserit cognomentum Carolus: Sebastianus Dubouy d'orpheuil, Acolythus Claromontensis, quod scripserit Claromontanensis: Matthæus Rhomas de la Castaigne, ut variè scripta nomina sua in ordinem restituantur; Josephus Anetin, Diaconus Carnutensis, et Dionysius-Jacobus-Nicolaus Poisson-des-ormeaux, subdiaconus Cenomanensis, hic ut nomen descottais, ille de Gournay è catalogis deleatur: Jacobus-Antonius-Renatus Dudouyt, Acolythus Constantiensis, et Maria-Antonius-Gabriel Collas, clericus Suessionensis, ut omissum nomen in unoquoque rotulorum restituatur: Joannes-Renatus de Clainche de la Haudeville, clericus Venetensis, ut ne sibi noceat quod omiserit scribere se de la Haudeville: Jacobus-Ludovicus-Antonius-Maria Destaignol, subdiaconus Remensis, ut biennium in Universitate Remensi ritè confectum, pro uno anno sibi computetur. Audito de Supplicibus Magistro Francisco-Nicolao-Guerin Syndico, Nationes ad deliberandum dimissæ ac deinde regressæ per Procuratores retulerunt se Supplicibus omnibus indulgere.

Dumée
Cagnié
dorpheuil
de la castaigne
anetin
Poisson-des-ormeaux
Dudouyt
Collas.
de clainche de la haudeville.
destaignol

Atque ita concluſit Amplissimus Rector.

Vicaire Rector

Anno Dñi 1758., die vigesimâ-sextâ augusti, habita sunt, in antecessum Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Regiâ Navarrâ. 26. Aug.

1° 1° Supplicarunt pro litteris nominationis, jure magisterii Artium et quinquennii M.M. Carolus-Antonius Landon, Acolythus Suessionensis; Claudius-Carolus Mosnier, Clericus Bellovacus; Joannes-Baptista Henry, Diaconus Divionensis; Joannes-Petrus Durand, Presbyter Parisiensis; Jacobus Moreau, Presbyter Ambianensis: Ludovicus Andrieu, Subdiaconus Bellovacensis: Guy de Sages, Presbyter Sanflorensis: Joannes-Baptista Philippus Obry, Presbyter Ambianensis: Joannes de Vivier, Presbyter Constantiensis, de quibus retulit M. Guerin, Syndicus ac dixit, se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia quibus constat legitimum studii tempus, aliis suis ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico suum præfatis Supplicibus postulatum concessum est.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus Comitiis acta et statuta.

Atque ita super his duobus capitibus concluſit ampl. Rector.

Vicaire et Rector

6. Octob. . Anno dñi 1758, die Sextâ octobris, habita sunt Comitia Centuriata et Supplicatoria Universitatis in Maturinensi.

Primum in angulo concessum est: Anglisque apud Britones insigni clade devictis, placuit cantari hymnum Eucharisticum.

Solitum inter manus amplissimi Rectoris Sacramentum praestitere novi quatuor Librarii, ab uno ex adjunctis rei librariae praesentatiti, Scilicet, Petrus Franciscus Gueffier; Antonius-Prosper-Lottin; Petrus-Ludovicus-Joannes-Baptista Cheoneau: Joannes-Franciscus-Ludovicus Chardon.

Itum est deinde in Comitium, ubi postquam peroravit amplissimus Rector, omnes ordines rata et grata habuerunt quae gessit in suo trimestri magistratu, ipsi que litteras commendatitias decrevere: Simulque amplum comitatum exhibuerunt, rite procedenti ad eadem Deo Sacra sub invocatione S. Petri de Arsicciis.

Ubi Pontificem egit Magister Crepeaux., praefatae Ecclesiae Pastor. Cantato hymno Eucharistico Te Deum, eâdem frequentiâ, eodemque apparatu ad Matthurinenses reditum est./. Vicaire Rector

7. Octob. Anno dñi 1758., die Septimâ octobris, habito sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, in Regiâ Navarrâ

1°. Nullus accessit Supplex.

2°. Lecta et recognita sunt, quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./.

3°. Quod, absente M. Paulo Hamelin, Universitatis Quaestore, dixit Scriba - Tributi-Decumarii exactores in domum Academicae San-Jacobaeanam regias injecisse manus, censualium obventium occasione, quas pro jure suo, percepit Academia, ob aedes vulgò dictas L'hotel de Sens, in Academico Dominio sitas, Illustrissimo Senonensium Archi-Episcopo superioribus annis venditas: Placuit fieri potestatem M°. Hamelin intercedendi et contestandi.

4°. Audito M. Le Camus Universitatis Archi-tecto, Visum est Latrinas San-Barbaranas altero muro circumvallari.

5°. Mortuo Viro Honesto Courchamp, forensi Universitatis Procuratore in Castelleto Parisiensi, filius ejus natu minor Courchamp ejus in locum electus et substitutus est.

Atque ita, super his quatuor capitibus, audito Syndico, conclusit amplissimus Rector./.

Vicaire Rector

Anno dni 1758., die decimâ octobris, habita sunt Comitia generalia praeclarae artium facultatis, in Maturinensi. 10. Octob.

Post habitam ab ampl.o Rectore Orationem, factâ supplicandi potestate, supplicarunt, pro immunitate ab onere scribendi codices philosophicos, Joannes Baptista Bauchart, Cameracensis, ob pectoris infirmitatem, quam scripto testatur, M. Bouvart, Doctor Medicus Parisiensis: Renatus Amatus Corbeil, ob debilitatem oculorum, testante eodem Mgro Bouvart: et Andreas de la Chapelle de Pesteils, Clericus Tutellensis, infirmitatem pectoris testante M. Morizot Deslande doctore Medico Parisiensi: Thomas Whittingham, Anglus, ut biennium in Universitate Duacenâ confectum sibi pro uno anno computetur. Bauchart Corbeil de la Chapelle de pesteils. Whittingham

Audito de supplicibus M. Guerin syndico, amplissimus Rector nationes dimisit ad deliberandum de iis, confirmandisque quatuor viris manè electis: tum postulavit, ut grata et rata haberentur quae gessit in suo trimestri et annuo Magistratu.

Dimissae nationes ac deinde regressae, per ornatissimos Procuratores retulerunt se rata et grata habere quae gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, eoque nomine litteras Commendatitias ipsi decernere: supplicibus indulgere: confirmare quatuor viros manè electos, videlicet, in honorandâ natione, Mgrum Jacquin, humanitatis Professorem in Marchiano: in fidelissimâ, M. Prevost-Dauricourt, Baccalaureum Theologum: in Venerandâ, M. Le Mercier, Licentiatum in utroque jure: in Constantissimâ, M. Maker, Licentiatum Theologum.

Praeterea nominati sunt à singulis nationibus Deputati qui decretum novum de concertationibus academicis adornent, ac de eo, quam primum fieri poterit, ad praeclaram facultatem referant; scilicet, in honorandâ natione: Magistri hamelin, Varin, Le Roy, Fourneau et Maltor: in fidelissimâ, M. Le Bel et Vallé: in Venerandâ M. Gardin et Louvet: in Constantissimâ M. Macdonock, et St Joivre.

Quatuor viri, praestito prius inter manus amplissimi Rectoris sacramento, conclave ingressi sunt: unde digressi per M. Prevost-Dauricourt retulerunt se fasces Rectorios unanimi consensu prorogavisse Viro amplissimo DD. Antonio Vicaire, Rectori; Quae prorogatio ab omnibus libentissimè confirmata est./.

Atque ita conclusit ampl. Rector./.

Vicaire Rector

Anno dni 1758. die vigesimâ septimâ octobris, horâ septimâ matutinâ, habita sunt Comitia generalia praeclarae artium facultatis, ad eligendos Censores./. 27. Octob.

Post habitam ab amplissimo Rectore Orationem Elegantissimam, factâ supplicandi potestate, supplicarunt Renatus de Frestel de hauteville, ut nomina variè scripta reformentur: Ludovicus Le hardy de la Loge, Cameracensis, ut ne sibi noceat, quod scripserit se Valentinianum: Michael deshayes, Carnutensis, et ingenuus adolescens de Carbonieres, ut immunes fiant ab onere scribendi codices Philosophicos, hic ob oculorum imbecillitatem, ille ob gravissimum capitis dolorem, testantibus Magistris de la Sourdiere et de la Motte, Doctoribus Medicis Parisiensibus./. de frestel de hauteville Le hardy deshayes de Carbonnieres,

Nov

Audito de supplicibus Syndico, ampl. Rector nationes dimisit ad deliberandum de supplicibus, et ad creandos censores. Quae regressae per Ornatissimos Procuratores retulerunt se supplicibus indulgere; Creatos autem à se fuisse Censores, in honorandâ Natione, M. Furgault, Litterarum Professorem, in Mazarinaeo; in fidelissimâ, M. Wallet, grammaticae Professorem in Regiâ Navarrâ; in Venerandâ, M. Deschamps, Baccalaureum Theologum: in Constantissimâ, M. Geo-ghegan, virum Procuratorium; qui quidem solemne Sacramentum praestiterunt inter manus Amplissimi Rectoris.

Et ita conclusit Amplissimus Rector./.

Vicaire Rector

4. Nov. Anno Dni 1758., die quartâ Novembris, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, apud ampl. Rectorem, in Becodiano.

1°. Supplicarunt pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii Gaspardus Guillelmus Hamard, acolythus Sagiensis; Ludovicus Augustinus Cartereau, Subdiaconus Parisinus; Joannes-Baptista Josephus Masson, Presbyter Parisinus, de quibus retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum quos audierunt testimonia, quibus constat Legitimum Studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, caeteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito Syndico, suum supplicibus postulatum concessum est./.

2°. Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus Comitiis acta et statuta./.

Et ita conclusit Amp. Rector.

Vicaire Rector

14. Nov. Anno Dni 1758. die decimâ-quartâ Novembris, habita sunt Comitia Extra-Ordinaria Deputatorum Universitatis in Becodiano./.

Dixit Ampl. Rector justam sibi et gravem visam esse causam Universitatis Deputatos extrà ordinem convocandi, quòd certis autoribus rescierit, in postremis Sacrae Facultatis Comitiis, captum aliquid consilii contrà jura communemque caeterarum Facultatum utilitatem: nimirum, illis in Comitiis accessisse M. Bridou Doctorem Theologum postulantem, uti vellet accedere Sacra Theologiae Facultas ad eam litem, quam parat praed. Magister contra Septenarium Universitatis Remensis Professorem de canonicatu in Ecclesiâ Cathedrali atrebatensi nunc vacante: simulque oblatum ab eo palamque lectum libellum memorialem, cujus haec summa: Postquàm Regiâ anni 1745. declaratione facta est potestas Patronis Ecclesiasticis quemcumque voluerint ex graduatis, quocumque Graduatorum mense, iis beneficiis, quibus animarum cura incumbit, ad arbitrium instruere, ipso facto rediisse Doctores Theologos in sua jura adversùs Septenarios Professores caeterosque Graduatos; quo audito, annuisse Theologicam Facultatem postulationi M. Bridou; ab eâque nominatos esse Deputatos, qui rem eam, et quaecumque in eâ re ad Sacrae Facultatis commoda pertinerent, apud Illust. Franciae Cancellarium persequerentur. Porrò nemini non apparere, quid ex hac Sacrae Facultatis Conclusione caeteris Facultatibus immineat periculi. Itaque deliberandum de summâ re, viamque ineundam, quâ Professorum Septenariorum Privilegia in praesentissimum discrimen adducta acerrimè defendantur.

Cùm auditus est M. Guerin, Syndicus, qui, resumptis iis quæ ab Amplo Rectore enarrata fuerant, dixit, ne de incertâ atque non confestim deliberatio institueretur, optare se primùm scire, utrum quæ in postremis Sacræ Facultatis Comitiis gesta audivisset Amplus Rector, ea pro veris agnosceret Sapientissimus Theologiæ Decanus. qui cum statuisset omnia veritati consentanea declarasset, cæpit idem Merit. Syndicus breviter et ad præsentem quæstionem enarrare, quæ fuisset antiquitùs graduatorum conditio, tùm quæ deinde, modò his, modò illis concessa privilegia, donec anno 1743. exierit à Rege Declaratio, quâ, ut lites ex tot privilegiorum quotidiano conflictu oriri solitæ aliquandò compescerentur, ea facta sit Beneficiorum distributio, ut in ea, quibus adjuncta esset animarum cura, si mensibus Januario et Julio, quos rigoris vocant, vacassent, primum præcipuumque quo Doctoribus Theologis arrogaretur; in cætera verò, si vacassent iisdem mensibus Septenariis artium Jurium que Professoribus prærogativa asciscerentur. At non diu perstitisse novam illam Beneficiorum inter utrosque divisionem. Anno 1745., alteram à Rege promulgatam esse Declarationem, quâ, mensibus Januario et Julio, qui rigoris antèa nominabantur, in menses, ut aiunt, favoris, ubi de Beneficiis cum animarum curâ conjunctis ageretur, commutatâ, eorum Beneficiorum Collatio libera quæ inter omnes Graduatos Patronorum Ecclesiasticorum arbitrio permittitur. Quimverò vehementer Universitatem doluisse mutatam et afflictam hac utraque Lege, ac præsertim posteriore suorum sortem. Itaque oblatum ab eâ anno 1746. Regi Optimo Libellum supplicem, plenum utique Venerationis, gravissimorumque momentorum, quo res in pristinum statum restituerentur. Quod quidem tunc irritum ac nullo successu cecidisse. At nihilominùs non destitisse almam Matrem in eo Consilio perseverare, ut si quando idonea se tempora dedissent, eaque adeò postulationis felicem exitum omni operâ persequeretur. Quin etiam anno 1753. sæpe ac diu in Academico Tribunali deliberatum de quotâ Graduatis omnibus, ac præsertim Theologicæ Facultati damni accepti compensatione quærendâ, si nempe quidquid Beneficiorum, quibus animarum curâ non incumbit, vacasset quatuor Graduatorum mensibus, id omne Graduum rigori subjiceretur; ita ut Januarius et Julius, ut antèa, Septenariis artium et Jurium Professoribus, Aprilis et October in posterùm Septenariis Theologiæ et Medicinæ Doctoribus attribuerentur speciali jure dividerentur, quatuor verò illi menses communi jure Graduatis antiquioribus attribuerentur; in eamque rem novum libellum memorialem conscriptum, etsi Regi non oblatum, propter turbulenta tempora.

Jam verò ex his omnibus patere, qualis semper fuerit Universitatis animus in Nos, ac præsertim in Doctores Theologos, qui ultrò parem affectum, tam pio, tam propenso in ipsorum utilitatem amori respondissent. Verùm longè secùs accidere. Malle nunc eos, etsi recentem ab Universitate operam in maximâ causâ expertos, attributam Septenariis partem attentare, quam cociotis cum Optimâ Parente viribus conniti, si quod possit aliquandò rebus communibus remedium inveniri. Atenim stare Regiam anni 1743. Declarationem, neque vanis argutiarum sallaciis certam expressamque legem abrogari. Quamobrem spem esse, quidquid Doctores Theologi tentaverint, quâcumque fiduciâ nitantur, irritos fore eorum conatus. Valituram apud incorruptum Senatum Dictorum autoritatem, neque passurum Regem suæ

Nov

Universitatis amantissimum, homines Litteris utiliter deditos, Laboriosos Gallicæ Juventutis institutores, quibus nisi in Jure nulla Præmiorum spes, unicâ longæ et exercitæ Professionis mercede defraudari./.

His itaque de Causis, censere se 1º agendas ampl.º Rectori pro suâ vigilantiâ atque diligentiâ gratias; rogandumque eundem ut, solito Comitatu integerrimos Supremi Senatûs Magistratus, Summumque Franciæ Cancellarium quamprimùm adeat, iis ordinum Academicorum causam et jura quàm studiosissimè commendaturus. 2º Rogandum Sup. Sacræ Facultatis Decanum, ut ad eam proximis Comitiis justas et graves Universitatis querelas deferat, quòd, concessâ M. Bridou accessione, commune caritatis et concordiæ vinculum dirupisse videatur; eique nihilominùs declaret, si, mutato privatæ accessionis consilio, censuerit ea nunc esse tempora, quibus possit à Rege melior in posterum conditio Graduatis communi operâ impetrari, ipsam nunc, ut semper, almæ Parentis opem atque subsidium præstò habituram. 3º Rogandos Sup. Jurium et Medicinæ Decanos, et Ornat. Præclaræ artium Facultatis Procuratores, ut suos quamprimùm ordines convocent, cum iis quæ ab ampl. Rectore in præsentem causam communicaturi, eosque de accessione Universitatis, pro tuendo septenariorum Professorum Privilegio, Sacræ Facultatis pro M. Bridou accessioni opponendâ consulturi.

Audito Syndico, Re in deliberationem missâ, rogatis dictisque Sententiis, Placuit 1º gratias haberi ampl.º Rectori, rata esse quæ hoc in negotio gessit, eumque rogari, ut quam adhuc eam in rem diligentiam adhibuit, eandem adhibere porrò pergat. 2º Rogari Sup. Theologiæ Decanum, ut ad eam justas et graves cæterorum Ordinum querelas deferat; nihilominùs eorum nomine declaret, si, mutato privatæ accessionis consilio, Sacer ordo censuerit, ea nunc esse tempora, quibus possit à Rege melior in posterùm conditio Graduatis, ac præsertim Doctoribus Theologis communi operâ impetrari, ipsum nunc, ut semper, almæ Parentis opem atque subsidium præsto habiturum. 3º convocandos esse quamprimùm Ordines Academicos, de Universitatis accessione Sacræ facultatis accessioni opponendâ deliberaturos.

Et ita conclusit Amplissimus Rector.

Vicaire Rector

2. decemb. Anno dñi 1758, die secundâ decembris, habita sunt Comitia ordria Deputatorum Universitatis, in Becodiano.

1º Supplicarunt, pro Litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii M.M. Carolus-Nicolaus Humbert, Diaconus Tullensis; Carolus-Hubertus Alexander Picard, Presbyter Audomarensis; Joannes-Leonardus de La Borie Subdiaconus Sarlatensis: Joannes-Baptista Brugere de Sarsat, Diaconus Lemovix; Joannes-Ludovicus Taureaux, Subdiaconus Claromontensis: Petrus-Thomas Joannes Launey, Subdiaconus Sagius: Petrus-Apollonia de Picamilh, acolythus Lascurrensis;# de iis retulit, M. Guerin, Syndicus ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de legitimo Studii tempore ab iis ritè confecto, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem

Jacobus Petrus Goullé, Presb. Rothomagensis: Joan. Leon. de La Boulne,

= nem requisita, in quibus nihil desiderari, nisi quod M. Drugere de Sarsat nomen gentilitium in actis academicis malè inscripserit. Audito Syndico, suum præfatis supplicibus postulatum concessum est, eâ lege, ut M. Drugere de Sarsat nominis errorem corrigi curet.

2° Lecta sunt quæ fuerant in Comitiis tàm ordinariis, tum extra-ordinariis mense proximè elapso habitis acta et statuta.

Quibus auditis, M. Gervaise, Theologiæ Syndicus, absentis Decani vices gerens dixit, sibi mandatum, ut Theologicæ Facultatis nomine declararet, ab eâ non probari Tribunalis academici conclusionem in causâ M. Bridou latam postremis in Comitiis; Deinde, accessionem Magistro Bridou à Theologicâ Facultate non fuisse concessam.

Tum M. Guerin, Universitatis Syndicus dixit; conclusionem quam minùs probat Sacer Ordo duobus contineri, satis et statutis, facta ab amplissimo Rectore fuisse enarrata, et à Sapientissimo Theologiæ Decano M. Tamponet pro veris priùs agnita, quàm de iis deliberaretur: re confectâ, non potuisse à ceteris ordinibus academicis aliter deliberari, aut ab amplissimo Rectore concludi. Nunc, Gratulandum Universitati, quòd nulla fuerit concessa accessio, gratulandum imprimis Sacro Ordini, eique declarandum, non aliam fuisse Tribunalis academici mentem, nisi, ut eâ tantùm lege ad causam septenarii Professoris accederetur, si ad causam Doctoris Theologi facta esset à Theologicâ Facultate accessio: deinde propensissimam esse cæterorum ordinem academicorum in Sacrum ordinem voluntatem; eorumque, ut semper, opem atque subsidium præstò affuturos, ut communi operâ pristina aut valeat melior Graduatis ac præsertim Doctoribus Theologis conditio impetretur. Rogandum denique Sapientissimum Theologiæ Syndicum, ut hanc Tribunalis academici conclusionem ad Ordinem suum deferat.

Audito Syndico, re in deliberationem missâ, dixit M. Gervaise se, pro suâ in M. Tamponet reverentiâ, ab iis quæ postremis in Comitiis acta sunt abstinere. Cæteris Deputatis, ex ordinum suorum sententiâ, placuit rata esse quæ gesta sunt: recognosci quæ dicta sunt: accedi, si accedit Theologica Facultas: iterum offerri communem atque operam: Demùm rogari Sapientissimum Theologiæ Syndicum, ut hæc ad ordinem suum deferat./

Atque ita super his omnibus, audito priùs Syndico ab amplissimo Rectore conclusum est./. Vicaire Recteur

Anno Dñi 1758, die Septimâ decembris, Ampl. Rector et præclara artium Facultas, pro more antiquo, interfuerunt Solemni Sacro apud FF. Prædicatores./ 7. Decemb.

Fourneau un. P.

Anno Dñi 1758., die Duodecimâ decembris, habito cum Comitia generalia et supplicatoria Universitatis, in Maturinensi. 12. dec.

Primùm in angulo consessum est ubi supplicarunt pro litteris Nominationis, gere Magisterii artium et quinquennii Joannes-Petrus de la Sage, Presbyter Rivensis; Dionysius-Felix Soullet, Acolythus Ambianensis; Robertus-Franciscus-

Dec

Chapeau, subd. Remensis; Joannes-Baptista Laborier, acolythus Matisconaeus. Petrus Brisse, Diaconus Bellovacensis; Marcus-antonius de Paty, subdiaconus Burdigalus, de quibus retulit M. Guerin, syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tam Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de legitimo studii tempore, ab iis rite confecto, ceteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Audito syndico, suum praefatis supplicibus postulatum consessum est.

Itum est deinde in Comitium, ubi, postquam peroravit amp. Rector, omnes Ordines grata et rata habuerunt, quae gessit in suo trimestri Magistratu, eique Litteras Commendatitias decrevere; simul amplum exhibuerunt Comitatum rite procedenti ad aedes Deo sacras sub invocatione in Harcurio.

Pontificem egit M. Louvel, Doctor Theologus, Provisoris harcuriani adjutor et successor designatus: Sacram ad Populum habuit Concionem M. Secondi, Doctor Theologus, socius sorbonicus, Pl. Stoei Primarius: Eucharisticam ad Pontificem M. Hamel, humanitatis Professor in Regiâ Navarrâ.

Vicaire Rector

16. decemb. Anno dni 1758, die decimâ sextâ decembris, habita sunt Comitia generalia praeclarae artium facultatis, in Maturinensi./

Post habitam ab ampl.o Rectore Orationem, factâ supplicandi potestate, supplicarunt, pro immunitate ab onere scribendi codices Philosophicos Maria-Joannes-Antonius-Nicolaus Caritat de Condorcet, Laudunensis: Bonus-franciscus de la haye, Clericus Constantiensis: Joannes ô neill, Armanus in hiberniâ, et Edmundus Barry, Dublinaeus in hyberniâ, propter tenuem et infirmam valetudinem quam scripto testantur Magistri Viellard, de St. Leger, et Mac-mahon, Doctores medici Parisienses: pro reformandis nominibus, Joannes-Baptista Brugere de Farsac, Diaconus Lemovix, quod scripsit Brugere: Joannes-Baptista Laborier, quod addidit Duvivier: Franciscus Fouillere, Parisinus, quod scripsit Fouqueres: Alanus Pezron, subdiaconus Corisopitensis, quod scripsit Peron: Ludovicus Thomas Le Moine, Suessionensis, et Josephus Maillard, Suessionaeus hic quod scripsit se Suessionensem, ille Catalaunensem: pro restituendo in Catalogis nomine, Clemens-Franciscus Bourgois, Clericus Parisinus, et Alexander Josephus. Maria Alexius de Bruyeres de Chalabre, Clericus San-papulanus, quorum prior nomen omisit inscribere in priore Logicorum, posterior in posteriore Physicorum: ut ordo nominum restituatur, Stephanus Ludovicus Maton, Presbyter Parisinus, et Nicolaus-Alexius Theroude, Presbyter Rothomagensis: praeterea postulavit Ludovicus-Josephus Sauval, Cameracensis, ut duo priora Physicorum semestria sibi pro utroque Physicorum imputentur.

de Condorcet
de la haye
ô neil
Barry

Brugere de farsac
Laborier
Foullieres
Pezron
Le Moine
Maillard.

Bourgeois de Chalabre.

Maton
theroude.

Sauval.

Audito syndico, amp. Rector nationes dimisit ad deliberandum de supplicibus, confirmandisque Quatuor-Viris; tum de ratihabitione eorum quae gessit in suo trimestri Magistratu.

Nationes digressae ac deinde regressae per ornatissimos procuratores retulerunt se grata et rata habere quae gessit amp. Rector in suo trimestri Magistratu, ipsique Litteras Commendatitias decernere; supplicibus indulgere: confirmare Quatuor-Viros matutinis horis electos, in honoranda Natione, M. Treguier, Grammaticae Professorem, in Bellovaco: in fidelissimâ M. Wallet, Grammaticae Professorem, in Regiâ Navarrâ: in Venerandâ, M. Hamel, humani-

=tatis Professorem, in eâdem Regiâ Navarrâ: in Constantissimâ, M. Bresson, Licentiatum Theologum, antiquum Marchiani Gymnasiarcham.

Qui praestito inter manus amp. Rectoris Sacramento conclave ingressi sunt; unde digressi, per Magistrum Wallet retulerunt fasces Rectorios fuisse à se unâ voce Amplissimo Rectori D.D. Antonio Vicaire prorogatos. Quae prorogatio ab omnibus Libentissimè confirmata est.

Et ita conclusit ampl. Rector.

Vicaire Rector

Index
Beneficiariorum et Clientium Universitatis
per decursum anni 1758
receptorum

Beneficiati.

Die 19. Junii, M. Antonius Vicaire, Rector, à Fidelissimâ Picardorum Natione designatus, ab Universitate verò nominatus ad Unam è Capellaniis Savoë=sianis, vacantem per obitum Viri Clarissimi, Mo. Brenet, Baccalaurei Theologi, et Quinti ordinis in harcario Professoris, Sacramentum praestitit inter manus Sapientissimi Theologiae Decani/

Papetarius./

Die 17. Martii, Sacramentum praestitit Vir honestus Moutonnier, Apparitoriae Picardiae Coadjutor cum Spe futurae Successionis, pro officio Papetarii Jurati, vacante per puram et simplicem demissionem honesti Viri Henry./

Librarii

Die Sexta Octobris, quatuor Novi Librarii, ab uno ex adjunctis rei Librariae praesentati Sacramentum praestitere, nimirum

Petrus-Franciscus Guessier/

Antonius Prosper Lottin Junior

Joannes-Franciscus Ludovicus Chardon.

Petrus-Lud. Joan. Baptista Cheneau/

Magni-Nuntii

Ex Natione Gallicana

Die 10. Julii, 1758. Claudius Billet, Civis parisiensis, pro diocesi et Episcopatu Cabilonensi, per obitum Ludovici Pasquier/

Ex Natione Picardicâ

Die 12a Aprilis, Andreas Le Fevre d'aubonne, civis Parisiensis, pro diœcesi et Episcopatu Tornacensi, per obitum Ludovici Theobaldi le frasse /

Procurator
apud Castelletum Parisiense

Die 4a Martii 1758, M. de Courchamp, ab Universitate nominatus ad officium Procuratoris forensis apud Castelletum Parisiense, vacans per obitum M. Fauvelay, ultimi illius possessoris pacifici /

Papetarius.

Die 17. Martii, vir honestus Moutonnier, adjutor Apparitoris majoris fidelissimæ Picardorum Nationis, et successor designatus Sacramentum præstitit pro officio Papeterii, vacante per Liberam abdicationem Viri honesti Henry, ultimi illius possessoris pacifici /

Acta
Commentarii et Conclusiones
Universitatis Parisiensis
per decursum anni
millesimi Septingentesimi quin=
=quagesimi-noni.

13. Janu. Anno dñi millesimo Septingentesimo quinquagesimo-nono-die decimâ-tertiâ Januarii habita sunt Comitia ordinaria De=putatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in Becodiano; Quibus in Comitiis consederunt ipse amplissimus Rector M. Antonius Vicaire, M. Catharina le Feore, Theologicæ facult=atis Decani vices agens: M. Nicolaus Bernard, Consultissimæ fa=cultatis Decanus; M. Joannes-Baptista Nicolaus Boyer, Medicinæ Decanus: MM. Peyredieu, Blasius Mestier, Ingout, Jacobus Macdonogh, Gallicanæ, Picardicæ, Normanicæ, et Germanicæ Nationum Procuratores: M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico; M. Guydone-Antonio Fourneau, Scribâ: M. Paulo Hamelin, Quæstore generali.

1°. Supplicarunt pro litteris nominationis jure magisterii artium et quinquennii MM. Joannes Carolus Bigorgne, Presbyter Ambianensis, Dionysius le Rat, Subdiaconus Parisinus; Sebastianus-Michaël Camialle, Diaconus Carnotensis; et Philippus Coignet Desgouttes, Diaconus Lugdunensis; De his retulit meritissimus Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii; tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus fuisse ab iis legitimè confectum; cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Quo audito, Placuit, Sua præfatis Supplicibus postulata concedi./.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant Superioribus in Comitiis acta et Statuta./.

3°. Quòd expositum est Domum academicam, vulgò L'hotel de L'Université, pacto apud M. Regnard Universitatis Notarium inito, fuisse Clarissimo Viro D. Daguesseau ad vitam, eâ, inter cæteras, conditione Locatam, ut postquam

confecta et absoluta fuerint, quæ ad Commoditatem et elegantiam structuram
se utraque pars spondet; fiet accurata totius Domus descriptio, sive status
locorum, quod aiunt, tabula qua enumerentur specula, tabulæ, alia que
ornamenta et additamenta, quæ in prædicta domo habuit Universitas,
antequam prædicto conductori locaretur, quæque ex conclusione Latâ
die 3ª Junii 1741. eadem Universitatis propria sunt; ei quid descriptioni
utrinque subscripserit, et scripto fides detur, conductoris hæredes, nihil ex
iis, quæ dicta tabula continuerit, repetituros; academiam verò, nihil ultrà:
Cum vir Clarissimus D. Daguesseau dictæ conditioni satisfecerit, et tabulæ
subscripserit, placuit eidem ab amplissimo Rectore, Decanis, Procuratoribus,
et Majoribus officiariis subscribi. /.

Et ita super his tribus capitibus, audito primo super singulis
meritissimo Syndico, concluxit amplissimus Rector. /.

Vicaire Rector

28. Januar. Anno dni 1759, die vigesimâ octavâ Januarii, amplissimus Rector
et præclara artium facultas interfuerunt solemni sacro, quod ad memoriam
D. Caroli magni in ædem Navarricâ celebrari solet, ex institutione V. C. M.
Cæsaris Egasse Duboulay.

Fourneau
Univ. Scriba.

30. Janu. Anno dni 1759. die trigesimâ Januarii Majores Universitatis officia-
rii cereos, pro more detalerunt minoribus Magistratibus.

31. Janu. Die trigesimâ primâ, amplissimus Rector, Decani, Procuratores,
Majores officiarii cum adjunctis et apparitoribus cereos detulerunt Serenissimo
Aurelianensium Duci, singulis que singularum sociarum Principum. Cereus
ad januam Illust. Archi-Episcopi Parisiensis, majori ex causâ absentis, ab
officiariis debus delatus est.

1. Februar. Die primâ Februarii, iidem amplissimus Rector, Decani, Procuratores
cum singulis adjunctis, officiariis Majoribus, omnibus que Apparitoribus -
Versaliæ se contulerunt, ibi que cereos Regi, Reginæ, Serenissimo Delphino,
Serenissimæ Delphinæ, Serenissimo Burgundiorum Duci, et Illustrissimo
Franciæ Cancellario detulerunt. Ubique amplissimus Rector, et Orationum,
quas habuit, elegantiâ, et pronuntiandi dignitate, Universitatis decus et gloriam
egregiè sustinuit. /.

Fourneau
Univ. Scriba.

3. feb. Anno dni 1759, die 3ª Februarii amplissimus Rector et præclara
artium facultas interfuerunt solemni sacro, quod sit pro Magistris
Academiæ vitâ functis apud Prædicatores. /.

Fourneau

3. Februarii

Eâdem die tertiâ Februarii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Beauvaisiano./.

1° Supplicarum pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii mm. Joannes-Serfutus-Stephanus Brocard, Clericus Bellovacus, Alanus Perron, Subdiaconus Cadopitensis, et Joannes Philippus Masse, Presbyter ambianensis. De his retulit M. Erasmus-Nicolaus Guerin, ac dixit, se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierant, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus, ab iis fuisse ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Quo audito, Placuit, sua præfatis Supplicibus postulata concedi.

2° Lecta et recognita sunt, quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./.

3° Placuit, admitti ad Sacramentum Virum honestum M. Joannes Ludovicus-Courtant electum die 7ª octobris anni 1758. Procuratorem Universitatis in foro Castelleti Parisiensis, loco patris ejus, demortui.

4° Quod inter manus amplissimi Rectoris commissum sibi ab Universitate Scriptoris-Jurati officium purè ac simpliciter abdicavit Vir Honestus-Julianus-Marinus Mereau, ultimus illius possessor pacificus, in locum ejus electus est Joannes-Petrus Willebert.

Atque ita super his quatuor capitibus, audito prius super singulis meritissimo Syndico concluxit amplissimus Rector./.

Vicaire Recteur

Postquam discessere Sapientissimi Decani, dixit M. Ingout, Normanicæ Nationis Procurator sibi a Natione suâ mandatum fuisse, ut cum amplissimo Rectore, et ornatissimis Procuratoribus, et officiariis Universitatis majoribus conclusionem communicaret ab eâ latam die 11ª decembris an. 1758., cujus tenor sequitur.

Extractum è Commentariis Venerandæ Nationis.

Anno dñi 1758, die undecimo mensis decembris in Sacello Barcuriano habita sunt Comitia Venerandi Ordinis, in quibus visâ consultatione datâ à Clarissimo Viro D. Paporet de testamento Sapientissimi Viri M. Le Sauvage, Venerandæ Nationis quondam Decani, ac de illâ optimè meriti, visis etiam piis testatoris Dispositionibus, atque, inter cæteras, primâ, quæ jubet ut in Sacello Barcuriano quotannis die 15° Februarii missa solemnis de gratiarum actione celebretur, pro incolumitate Christianissimi Regis nostri-

Ludovici XV.; decto quoque testamenti supraḍ. articulo, quo rogantur amplissimus Rector, ornatissimi procuratores quatuor nationum, meritissimus Syndicus, et fidelissimus Scriba Universitatis adeste hac missæ solemni precibusque subsequentibus, auditus et acquisitus Censor. Remissâ in deliberationem, censuit Veneranda Natio 1º Standum esse ultimæ testatoris clarissimi voluntati, quâ tenentur Quatuor Procuratores, Syndicus et Scriba amplissimum Rectorem veste rubeâ indutî convenire, et è Collegio suo procedentem ad Collegium Harcurianum, et è Collegio Harcuriano ad suum reducentem comitari, præeuntibus octo facultatis artium Bidellis cum suis clavulis. 2º nisi Procuratores et duo officiarii Universitatis supradictis conditionibus satisfaciant, illos orbandos esse sportulâ dicta testamento. atque ita a me Procuratore conclusum fuit. Signatum, Jngout.

Auditâ Normanicæ Nationis conclusione, audito de eâ M. francisco Nicolao Querin, Syndico, Placuit 1º dari actum M. Jngout, quod præḍ. conclusionem communicaverit. 2º contrà eam reclamari ac contestari. 3º rem ad singulas nationes ab ornatissimis Procuratoribus quam primùm deferri.

Et ita conclusit amplissimus Rector ſ. Vidaire, Rector

12. Febr.

Anno Dni 1759, die duodecimâ februarii, congregati sunt apud amplissimum Rectorem, in Beddiano, Ornatissimi quatuor Nationum Procuratores, cum Syndico et Scribâ, de conclusione Latâ à Normanicâ Nationè die 11ª decembris proximè elapsi, quid censerent Nationes Gallicana, Picardica et Germanica, relatari.

Ac primò M. Seyrédica, honorandæ Nationis Procurator, dixit, Nationem suam 1º vehementer improbare conclusionem Venerandæ Nationis, ut potè injuriosam Procuratoriæ Dignitati, et honorandæ Nationi, cæteris ordinibus præclaræ artium facultatis, meritissimo Syndico, et fidelissimo Scribæ. 2º Rogandum esse ornatissimum Procuratorem, ut ad ornatissimum Venerandi ordinis Procuratorem justas querelas deferat, quòd Venerandæ Nationis conclusione latâ die undecimâ decembris, communi caritatis, pacis et concordiæ, et æqualitatis inter ordines vinculum dirupisse videatur. 3º nisi Veneranda Natio suam conclusionem cassam irritamque faxit, solemne sacrum in Regiâ Navarræ, quam maximâ pompâ fieri poterit, feriarum Ludovicearum die, horâ decimâ, pro salute et inolumitate Ludovici XV. Regis optimi ac dilectissimi, hoc anno, esse celebrandum. 4º si rea ad amicam compositionem venerint, rogandum esse Venerandum ordinem ut ne, quod hactenùs factitatum est, integerrimum Quæstorem ab Harcuriano sacro in posterum excludum velit ſ.

2º Dixit Ornatissimus fidelissimus Nationis Procurator à suâ Nationè fuisse conclusum, quotannis celebratam iri in posterum, horâ decimâ matutinâ, suo in sacello, sacrum solemne, quam maximo apparatu, pro salute Regis optimi ac Dilectissimi, ejus que successorum, quo die-

eorum Natalis inciderit./.

3º dixit Constantissimæ Nationis Procurator, à suo ordine fuisse conclusum, 1º dari facultatem Ornatissimo Procuratori unà cum cæteris ornatissimis Procuratoribus contrà Conclusionem Venerandi ordinis jure agendi, si opus fuerit. 2º diem 15ª Februarii celebrandam esse Missam Solemnem in Sacello Collegii Longobardorum, pro Salute et inviolabilitate Regis Christianissimi Ludovici XV., et finitâ Missâ decantandum Psalmum Exaudiat, cum hymno Eucharistico Te Deum./.

Auditis Gallicanæ, Picardicæ et Germanicæ Nationum Procuratoribus, dixit M. Jugout Normanicæ Nationis Procurator, Venerandam Nationem convocatam extrà Ordinem hac ipsâ die, horâ Sesqui-decimâ matutinâ, censuisse. 1º Standum esse verbis Testamenti M. Le Sauvage, quibus rogantur Ornatissimi Procuratores, meritissimus Syndicus, et fidelissimus Scriba amplissimum Rectorem convenire, eundemque veste rubeâ induti comitari, tam eundo, quàm redeundo. 2º integerrimum Venerandi ordinis Quæstorem constitutas ex fundatione M. Le Sauvage Sportulas, omnibus ac singulis qui adfuerint, inter cantandum hymnum Eucharisticum Te Deum, in Sacello Harcuriano pro cujusque dignitate solutarum.

His auditis, dixit meritissimus Syndicus non posse se Universitati, ac præsertim Venerandæ Nationi non gratulari, quòd ex declaratione pro Ornatissimum illius Procuratorem factâ extincta sint, inter præclaræ facultatis artium Ordines, exorientium discordiarum causæ. Duo nempe in prædictâ Venerandi ordinis conclusione cæteris nationibus displicuisse, primum, conversas esse in Mandata ac jussa Venerandi testatoris Preces; alterum, id sibi juris in cæteras Nationes arrogasse Venerandum Ordinem, ut Ornatissimos earum Procuratores, Universitati Syndicum et Scribam multâ plecteret, nullâ in id expressâ Testatoris Voluntate, immo contrà ipsius Voluntatem: Si quidem jubetur integerrimus Venerandi ordinis Quæstor Sportulas in ipso Sacello inter cantandum hymnum Eucharisticum præsentibus pro dignitate personarum exsolvere. Jam hæc duo quæ displicuerant, hodiernâ Venerandi Ordinis conclusione sublata esse. Jaque unsere se 1º dandum esse Ornatissimo Venerandi Ordinis Procuratori actum, quòd nomine suæ Nationis declaraverit, ipsam stare intrà verba testamenti M. le Sauvage, quibus rogantur Procuratores, Syndicus et Scriba amp. Rectorem convenire, eundemque veste rubeâ induti comitari, tam eundo quam redeundo. Deinde Normanicæ Nationis Quæstorem Sportulas in ipso Sacello præ-

Anno dni 1759, die vigesimâ tertiâ Junii, habita sunt Comitia generalia procerum artium facultatis, in Maturinensi.

de la Dalmondiere
de Villoutreix
Profilet
Chapperon.
Seigneur.
Abrial.
de la Rochefoucault.
Coquette.
Renard

Factâ supplicandi licentiâ supplicarunt Philippus de la Dalmondiere, acolythus Matisconensis, ut deleatur nomen de Borde: Joannes-Baptista-Augustus de Villoutreix de Faye acolythus Lemovicensis, quod scripserit se Rubertum, e de Villoutroy: Nicolaus-Franciscus profilet, clericus Laudunensis, quod omiserit Franciscus. f. Josephus-Maria Chapperon, ut ne sibi noceat quod scripserit Chaperon, omissâ unâ p: Maximus-Joannes Seigneur, Rothomagensis, ut invertatur cognominum ordo: Bartholomæus-Abrial, ut ne sibi noceat ad adipiscendum gradum Magisterii, quod nomen in posteriore Physicorum inscribere non potuerit: Joannes-Franciscus de la Rochefoucault de Magnac, Subdiaconus Lemovicensis, ut deleatur Baptista: Petrus-Adrianus Franciscus Coquette, ut ne sibi noceat quod ante mensem februarium nomen in catalogis inscribere non potuerit, testante M. Belletete, Doctore Medico Parisiensi: Sebastianus Renard, Clericus Laudunensis, ut biennium domi confectum pro uno anno sibi imputetur.

Audito de supplicibus M. Guerin, Syndico, nationes digressæ ac deinde regressæ per singulos procuratores retulerunt 1° se rata et grata habere quæ gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, eique litteras commendatitias decernere. 2° supplicibus indulgere. 3° confirmatos à se Quatuor-Viros, scilicet, in honorandâ Natione Mgrum de Laulne, Grammaticæ Professorem, in Regiâ Navarræâ: in fidelissimâ, M. Vallée, Philosophiæ Professorem, in Sadiensi alibi, in Venerandâ Mgrum Nicolaum Louval, Humanitatis Professorem in Grassinæo: in Constantissimâ Mgrum Kinck, Virum Procuratorium et Licentiatum Theologum. f.

Præterea placuit iterari gratiam Rectorum concertationem; gratias agi amplissimo Rectori et Nationum Deputatis, quod erumpentes jam incendii flammas restinguerint, et negotium de Emeritis malè susceptum amicè ac feliciter composuerint.

Quatuor-Viri, præstito inter manus amplissimi Rectoris sacramento, conclave subierunt; unde digressi per Mgrum Vallée retulerunt prorogatas à se fasces Rectorios Viro amplissimo D. Antonio Vicaire, Rectori. Quæ prorogatio ab omnibus libentissimè approbata et confirmata est.

Et ita concluxit amplissimus Rector. Vicaire Rector

Eisdem in Comitiis lectum est arrestum recens latum de disciplinâ in concertationibus Academicis servandâ, illudque placuit in Commentarios Universitatis referri, ac typis mandari. f.

Extrait des Registres du Parlement.

Vû par Notred. Cour la Requete presentée par les Recteur, Doyens, Procureurs et Suppots de l'Université, à ce que pour les Causes y contenues, il plut à Notre d. Cour homologuer la conclusion arretée en l'assemblée de l'Université tenue le 24. Mars dernier; pour être, ensemble les articles en forme de Reglement y contenus, executés selon leur forme et teneur: Vû les pieces attachées a lad Requête, signée Basly, Procureur: Conclusions de notre Procureur General, suit la teneur de la Conclusion. — — —

G.D. PARIS P.P.EX. 2. SOLS

Art. I. Il sera enjoint à Messieurs les Principaux d'executer suivant leur forme et teneur les art. 13. 14. et 15. des Statuts de la derniere reforme. En consequence, lors qu'un Ecolier se presentera pour entrer dans quelqu'une des Classes de l'Université de l'examiner ou faire examiner avec soin; faisant attention au tems et au lieu de ses études precedentes, surtout par rapport à ceux dont l'âge paroitra en disproportion avec la Classe pour laquelle ils se presenteront./.

Art. II. Dans les trois Classes inferieures, celui qui aura eu deux prix, un prix et un Accessit, ou deux Accessit ne pourra doubler; ou il ne sera point admis aux Compositions. Celui qui aura eu un prix, ne sera point admis à composer dans le genre ou il aura été victorieux./.

Dans les Classes de troisieme et Seconde, celui qui aura eu deux prix, ou trois accessit, ne pourra doubler, ou il ne sera point admis aux Compositions. Celui qui aura eu un Prix ne pourra composer en le genre ou il aura eu le Prix./.

Art. III. Aucun Ecolier élevé gratuitement dans un College, ne pourra passer dans un autre, sans le consentement de son Bienfaiteur; et dans le cas ou celui-cy refuseroit mal à propos son consentement; l'Ecolier pourra se pourvoir par devant le Tribunal de M. le Recteur./.

Si un Ecolier, après avoir eu l'année precedente un Prix, ou un Accessit dans un College, à passé dans un autre, on annoncera sa migration en ces termes, e N. Collegio in Collegium N. transgressus./.

Enfin si un Ecolier passe après Pâques dans un autre College, on ne nommera que le College qu'il aura quitté./.

De Rethorica. - - -

1°. Lorsque deux Nouveaux auront les deux premieres places; si deux Veterans ont les deux places suivantes, ces deux Veterans auront les deux premiers accessit, mais si dans le même cas, un Nouveau avoit la troisieme place, il excluroit tous — Veterans des Accessit./.

2°. Si un nouveau ayant la premiere place, Un veteran se trouve avoir la deuxieme, ce Veteran aura un Prix, sans qualification de premier ou de Second; que si dans le meme cas, un ou deux Veterans se trouvent avoir la troisieme et la quatrieme place, ils seront nommés pour Accessit, inter veteranos; après quoy viendront le Second — Prix des ~~Veterans~~ Nouveaux, et les quatre ou six Accessit./.

3°. Si c'est un Veteran qui a la premiere place, un nouveau la deuxieme, un Veteran la troisieme; ce Second Veteran n'aura que le premier accessit, et dans ce Cas le prix du premier Veteran sera nommé sans qualification de premier ni de Second./.

4°. Si un Veteran à la premiere place, deux Nouveaux la deuxieme et la troisieme, et un Second et troisieme Veteran la quatrieme et cinquieme, les deux Veterans auront les deux premiers accessit. - -

Conclusions de notre Procureur general: oüi le rapport de Mre Claude Tudert, Conseiller, Tout Considéré notred. Cour a homologué et homologues lad. Conclusion du 24. Mars dernier, pour être ensemble les Articles en forme de Reglement y contenus, executés suivant leur forme et Teneur. Si mandons. - - - Donné en notred. Cour de Parlement le 22. Juin, l'an de grace 1759, et de notre Regne le quarante-quatrieme./. Signé Ollimet. au dessous, par la Chambre Signé Dufrane./.

Fourneau
Un. Rector./.

-sentibus pro cujusque dignitate soluturum. 2º rogandos esse ornatissimos Gallicanæ, Picardiæ et Germanicæ Nationum Procuratores, ut hanc Venerandi ordinis declarationem ad ordines suos quam primùm deferant. 3º ab Amplissimo Rectore promulgatum iri, pro more, Mandatum de feriis Ludovicæis et Sacro harcuriano. 4º rogandum ipsum Venerandi Ordinis Procuratorem, ut, suæ Nationi honestissimas honorandæ Nationis preces deferat, scilicet, quoniam ejus Sacri Provisorem harcurianum, Censores Nationum et Quæstores, omnesque Venerandi Ordinis Baccalaureos à Venerando testatore præteritos participes esse decreto à se lato voluit, ne ab eodem exclusum sinat in posterum integerrimum Universitatis Quæstorem. Re in deliberationem missâ, rogatis dictisque sententiis, Placuit, standum esse postulatis à Meritissimo Syndico.

Et ita conclusit Amplissimus Rector./.

Vicaire Rector

13. feb. Die Martis 13ª Februarii 1759, Amplissimus Rector, Decani, et Procuratores, cum singulis adjunctis, officiariis Majoribus et omnibus apparitoribus, Majoribus infulis ornati, octo Rhedis vecti, præeunte, Universitatis Quæsore, ad Palatium Regium se contulerunt, corpusque Serenissimæ Aurelianensium Ducissæ, fato functæ aquâ Lustrali asperserunt./.

Fourneau
Scriba

3ª Martii Anno dni 1759, die tertiâ Martii, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis apud Amplissimum Rectorem in Becodiano. Quibus in Comitiis primùm adfuit M. de la Roche, novus Jurium Decanus.

1º Supplicarunt pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Joannes-Franciscus Maria Ducrocq, Diaconus Bolonziensis; Joannes-Franciscus du Pommerard, Presbyter Bolonæus; Stephanus-Ludovicus Matton, Presbyter Parisinus; Ludovicus-Maria Landrin, Subdiaconus Carnutensis; Nicolaus Berton, Diaconus Ambianensis; Jacobus-Ludovicus-Antonius-Maria Destaignol, Subdiaconus Remensis; Franciscus-Carolus Nagot, Subdiaconus Turonicus; et Carolus-Gabriel-Natalis de Villeneufve d'ansoüis, Acolythus Aqui-Sextanus. De hiis retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt testimonia, quibus constat de Legitimo Studiorum tempore ab iis ritè confecto, cætera etiam instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Quo audito, Placuit, huc præf. supplicibus postulata concedi./.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./.

3° Indictæ sunt generales Universitatis supplicationes ad diem Veneris 16am mensis Martii./.

4° Placuit accedi ad causam Viri honesti D. Sorlier de Rubel, Universitatis nuntii-Jurati, in supremo Regis consistorio pendentem, eâ conditione, ut ipse damni infecti satisfaciat.

5° Supplicarum pro officio Pergamenarii-Jurati Universitatis, vacante per obitum Viri honesti Plet, ultimi illius possessoris pacifici, duo Mercatores Pergamenarii, Claro et Danville. nominati sunt M. Peyredieu, Galliæ procurator, et M. fourneau, Scriba, qui de supplicibus inquirant./.

Et ita super his quinque capitibus, audito prius super singulis meritissimo syndico conclusit ampl. Rector.

Vicaire Rector

13. Mar. Anno dni 1759, die decimâ-tertiâ Martii, nimirum feriâ tertiâ secundæ hebdomadæ Quadragesimalis, horâ septimâ matutinâ, habita sunt in Maturinensi Comitia ad aperiendum rotulum, pro more antiquo.

1° Postulante ac requirente M. Guerin, Syndico, Placuit nominationum rotulum in hunc annum aperiri./.

2° Auditâ relatione MM. Peyredieu et Fourneau, Placuit conferri Gaspardo-Josepho Claro, Cameraco, minori saluberrimæ facultatis apparitori, Mercatori Pergamenario, officium Pergamenarii-Jurati Universitatis, vacans per obitum viri honesti Plet, ultimi illius possessoris pacifici./.

3° Quod dixit amplissimus Rector internas Collegiorum academicorum partes ~~fuisse~~ esse jam pridem ab emortui mancipii juribus immunes; nunc verò prædicti juris Redemptoribus ansam præberi academicam attentandi immunitatem, cùm in Locandis ædium academicarum cubiculis, aliisque interioribus partibus peccari prætenditur. Audito, ea de re, M. francisco-Nicolao-Guerin, Syndico, Placuit typis mandari 1° Arrestum supremæ illius Cameræ, quam in recuperandis emortui Mancipii Juribus instituit Ludovicus XIII., latum die 26. Julii 1640. 2° Unam et alteram Tribunalis Academici conclusionem eâ de re latam anno 1712., scilicet, diebus 2° Januarii, et 7° Maii./.

Et ita conclusit amplissimus Rector./. Vicaire Rector

16. Mar. Anno dñi 1759, die decimâ sextâ mensis Martii, habita sunt Comitia Centuriata Universitatis in maturinensi, ad Sacras Supplicationes./.

Primùm in angulo concessum est, ubi supplicarunt pro Litteris Nominationis, jure Magisterii artium et Quinquennii MM. anna Ferdinandus Boyer, subdiaconus Bisuntinus; Angelus-Nicolaus Romain, Presbyter Lexoviensis; Franciscus Roché, Presbyter Æduensis; S. Jacobus Pons, Presbyter Aniciensis, Strictæ observantiæ Cluniacensis expressè professus; Joannes-Baptista-Michael Moutel, Presbyter Lingonensis; Milo Florentius Corneville, subdiaconus Carnutæus; Martialis Milon de Pradou, Acolythus Tutellensis; Joannes-Baptista Lucas-Dionysius Le Sueur, Diaconus Parisinus; Joannes Bouvet — De his retulit M. Guerin, Syndicus ac dixit se vidisse, tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum testimoniat, quibus constat de legitimo Studii tempore, cæteraque instrumenta, ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Quo audito, placuit sua præfatis supplicibus postulata concedi./.

Ibidem Sacramentum præstiterunt inter manus amplissimi Rectoris novi Librarii, Nicolaus de Saint, Junior: Dionysius Humblot: Petrus Vallat La Chapelle; Claudius Marinus Saugrain, Junior; et Guillelmus de Bure, a D. Moreau uno ex adjunctis præsentati./.

Item Sacramentum præstitit Gaspardus-Josephus Claro, Cameracus, Pergamenarius, suffectus die 13ª hujus mensis, in locum viri honesti. Plet, demortui./.

Item Sacramentum præstitit Joannes-Petrus Willebert, Scriptor, suffectus in locum Juliani-Marini Mereau, abdicantis die 3ª Februarii.

Ventum est deinde in Comitium, ubi omnes Ordines Academici grata et rata habuerunt, quæ gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, litteras que ipsi Commendatitias decrevere, et amplum præbuere Comitatum ritè procedenti ad ædem Deo sacram sub invocatione S. Ludovici in Collegio Sorbonæ-Plessæo.

Pontificem egit M. Seconds, Doctor Theologus, Socius Sorbonicus et Collegii Primarius. Concionem habuit ad populum M. Dufaradon, itidem Doctor Theologus; Eucharisticam ad Pontificem M. Sanson, humanitatis Professor in Regiâ Navarrâ./

Et ita conclusit Amp. Rector./. Vicaire Rector

23. Martii. Anno dñi 1759, die vigesimâ tertiâ mensis Martii, habita sunt Comitia generalia præclaræ artium facultatis, in maturinensi.

Camuset de Mondor de Sathonay de Sabatier

Factâ supplicandi potestate, supplicârunt Josephus Nicolaus Camuset, Catalaunensis, ut inversus cognominum ordo restituatur; Gabriel-Cæsar de Mondor de Sathonay, clericus Lugdunæus, ut cognomentum de Sathonay, quod in actis Academicis omissum est, restituatur; Joannes-Antonius de Sabatier, Aquisextanus, ut ne sibi noceat, quod addiderit de Cabre, in Catalogis, quod que omiserit par-

=ticulam de; Joannes du Roy de Chaumarcia, Diocesanus Lemovicensis, ut amissum nomen in posteriore Physicorum restituatur; Petrus Despans Presbyter aduensis, ut in eodem Catalogo omissum nomen restituatur; Edmundus-Nicolaus Balley, altissiodorensis, ut immunis fiat ab onere scribendi, ob habitualem infirmitatem, quam scripto testatus M. Munier, Doctor Medicus Parisiensis. Joannes-Robertus de fitz-Morice, Cameracensis, ob insignem pectoris et capitis dolorem, quem scripto testatus M. Cantuel, Doctor Medicus Parisiensis./.

de Chaumarcia,

Despans

Balley

de fitz-Morice

De iis retulit Meritissimus Syndicus, ac dixit se nihil pro re Academicâ morari, quominùs præfatis Supplicibus indulgeretur.

Lectus est memorialis libellus, cujus conscribendi causâ, nominati fuerant die 16. mensis decembris 1758. proximè elapsi, Nationum Deputati, nimirum, ut simul congregati, presente amplissimo Rectore inquirerent, si quid in iis quæ ad generales Academicæ Juventutis concertationes, et ad Solemnem Præmiorum Academicorum distributionem spectant, vel esset, vel esse posset, abusûs aut incommodi, atque idonea iis remedia proponerent. Item lectum est ex eodem libello additum præterea Scriptum, quo, ab iisdem Deputatis, certos legendi proponuntur, juxtà quas deinceps Academica Præmia inter Veteranos et recentiores Rhetoricæ Scholasticos distribui oporteat.

Expositum est à rarios ad amplissimum Rectorem et Ornatissimos Nationum Procuratores accedere Supplices pro officio Nuntii-Jurati Universitatis, ex quo Nuntiatuum pretium ad trecentas libellas amplificatum est; Igitur è re academicâ esse aliquid relaxari.

Dimissæ Nationes ad deliberandum, ac deinde regressæ per Ornatissimos procuratores retulerunt 1°. Se rata et grata habere, quæ gessit amp. Rector in suo trimestri Magistratu, eique litteras Commendatitias decernere. 2°. Supplicibus indulgere. 3°. Confirmare Quatuor-Viros, Scilicet, in honorandâ Natione, Mgrum Maltor, Rhetoricæ Professorem in Bellovaco; in fidelissimâ, Mgrum de la hoche humanitatis Professorem in Cardinalitio; in Venerandâ Mgrum Gingout, Grammaticæ Professorem in Sorbona-Plessæo; in Constantissimâ Mgrum Dattor, Licentiatum Theologum. 4°. In omnibus laudari à se et probari prædictum libellum, eumque quamprimùm cum Illustrissimo Procuratore Catholico, aliisque Magistratibus Regiis communicandum esse, ut si annuerent Viri Illustrissimi, ut si annuerent Viri Illustrissimi, per illos Supremus Senatus ea quæ utraque libelli parte continentur, suâ autoritate sancial atque confirmet. 5°. Nominatos à se Deputatos, qui de relaxando Nuntiatuum pretio cum Amplissimo Rectore deliberent; Scilicet, in honorandâ MM. Hamelin et Fourneau, Viros Rectorios; in fidelissimâ M. de Bel, Virum Rectorium, et M. Vallé, Philosophiæ Professorem, in Cardinalitio; in Venerandâ MM. Gigot et Janson, alterum Philosophiæ Professorem in Lexovæo, alterum Humanitatis, in regiâ Navarrâ; in Constantissimâ M. Macdonock philosophiæ Professorem in Plessæo; et M. S. Jorre, Grammaticæ professorem in Marcliano. addidere Picardicæ et Normanicæ nationum Procuratores mandatum sibi, ut nomine suæ Nationis

intercedant, ne quis novus ad sacramentum admittatur Nuntius-Juratus Univ=
=ersitatis, priùs quam de Nuntiatuum pretio præclaræ artium facultatis ordines
consentiant. Id verò utrique Gallicanæ et Germanicæ nationi vehementer
displicuit./.

Quatuor viri, præstito priùs solemni sacramento, conclave subierunt, unde
digressi per Mgrum de la hoche retulerunt, se fasces Rectorios amplissimo
viro D. Antonio Vicaire, Rectori, prorogasse. Quæ prorogatio statim ab
omnibus nationibus comprobata est et confirmata./.

Et ita Conclusit amplissimus Rector./. Vicaire Rector

7. Apr. Anno dni 1759, die septimâ mensis aprilis habita sunt Comitia
Ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem in
Becodiano. Quibus in Comitiis primùm interfuere MM. antonius-franciscus-
Andreas-Olivarius dorne, Presbyter Bajocensis, et Josephus St Joirre, Novi
Normaniæ et Germaniæ Procuratores./.

1°. Supplicârunt pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii,
MM. Nicolaus Marchal, Subdiaconus Virdunensis, et Matthæus Muttel de
la Murette, Presbyter Lugdunensis. De his retulit M. franciscus-Nicolaus-
Guerin, Syndicus, ac dixit se vidisse, tùm eorum litteras Magisterii, tùm
Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus
ab iis fuisse ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem
requisita, in quibus nihil deprehendisse vitii, nisi quòd M. de La Murette
Litteræ tonsuræ, cum actis academicis non omnino consentiant. Quo au=
dito, Placuit, priori supplici sua postulata concedi, item et posteriori,
eâ conditione, ut litteras tonsuræ reformari curet./.

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis
acta et statuta./.

3°. Ad tribunal Academicum accessit Joannes-Carolus Lambin, in artibus
Magister, pro licentiâ aperiendi hac in urbe pædagogii sub Clientelâ
Universitatis, supplicaturus. Nominati sunt Galliæ et Normaniæ Pro=
=curatores, qui de supplicis illius vitâ et moribus inquirant./.

4°. Quòd vir honestus M. Regnard, Universitatis, dum viveret, Notarius,
et Collegii hubantini Procurator-Sequester, è vivis excessit ære alieno
obstrictus; quod que creditoribus ejus vivum est, quibus ille fidem suam
obligavit, cum ejus hæredibus conventionem pacisci: postulante ac requi=
=rente M. Basly Universitatis apud Parlamentum Procuratori forensi,
Placuit fieri M. francisco-Nicolao Guerin, Syndico, aut ejus in locum ipsi
M. Basly potestatem ad dictam creditorum conventionem accedendi,
eâ tamen conditione, ut cum accepti et expensi à præfato Collegii huban=
=tini Sequestro-Procurato rationes expensæ fuerint, de iis apud Tri=
=bunal Academicum referatur./.

Et ita super his quatuor Capit. concl. amp. Rector./. Vicaire Rector

24. Apr. Anno dni 1759, die vigesimâ-quartâ aprilis, feriâ tertiâ post Dominicam in albis, horâ septimâ matutinâ, habita est in Maturinensi Synodus Beneficiatorum Universitatis./.

Postquam amplissimus Rector Synodum aperuit, Beneficiati per Academicam seriem hoc ordine appellati sunt.

Pastores Ecclesiarum Parochialium./.

M. Christophorus Bellot, Licent. Theologus, Pastor Ecclesiæ Parochialis SS. Cosmæ et Damiani./.

M. Claudius Leger, in artibus Magister, Pastor Ecclesiæ Parochialis S. Andreæ ab arcubus./.

M. Joannes-Baptista-Antonius Cotelle, Licent. Theol., Pastor Ecclesiæ parochialis S. Germani Senioris, ab Universitate inter Majores Beneficiatos ultimò nominatus, designante Venerandâ Normanorum Natione.

Capellani.

M. Carolus Tabourin, in artibus Magister, Capellanus Capellaniæ B. Mariæ in Ecclesiâ parochiali S. Andreæ ab arcubus./.

Capellaniarum Savoësianiarum.

M. Petrus-Stephanus Gourlin, Bacc. Theologus.

M. Joannes-Clemens Gervais, Doctor Theologus, Magnus Regiæ Navarræ Magister, et Theologiæ Syndicus.

M. Mathurinus le Viquet du Fresne, Bac. in Utroque Jure.

M. Antonius Le Clerc, Bac. Theologus.

M. Antonius Vicaire, Academiæ Ex-Rector, et Rhetoricæ Professor in Regiâ Navarrâ, ab Universitate inter minores Beneficiatos ultimò nominatus, designante et præsentante fidelissimâ Picardorum Natione.

De Castelleto.

M. Petrus Meurice, Licen. in Utroque Jure.

M. Julianus Pabrun, Bac. Theologus.

M. Aloysius Lottin, in Art. Magister.

De Thesauro Regio.

M. Franciscus Vitaste de Fontaines, Licent. Theologus.

Vir Venerabilis Franciscus Mont-chablon, Presbyter Catalaunensis, Pastor in eâdem Diœcesi./.

Abfuerunt MM. Tabourin, Cotelle, Witasse de fontaine, Lottin, Meurice et Mont-chablon; qui excusati sunt præter MM. Cotelle, Meurice et Witasse./.

Audito M. Guerin, Syndico, Placuit, præsentes laudari, absentes verò qui sonticam absentiæ suæ causam dedere pro excusatis haberi, cæteros pœnâ solitâ damnari.

Et ita conclusit amplissimus Rector./. Vicaire Rector

5ª. Maii. Anno dni 1759. die quintâ mensis Maii, habita sunt Comitia Ordinria Deputatorum Universitatis, apud ampl. Rectorem in Becodiano.

1º. Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Stephanus-hieronimus-Ludovicus Pin, Presbyter Tricassinus; Jacobus Berton, Presbyter Ambianensis, et Clemens-Carolus Arnauld, presbyter Engolismas. De his retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia; quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita in quibus nihil desiderari. Quo audito, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi./.

2º. Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./.

3º. Auditâ ornatissimorum Galliæ et Normaniæ Procuratorum relatione de vitâ, moribus et doctrinâ M. Jacobi-Caroli Lambin; audito Pædagogorum agente; audito M. Guerin, Syndico, Placuit fieri potestatem dicto Lambin, aperiendi hac in urbe pædagogii sub Clientelâ Universitatis./.

4º. Lectus est Memorialis ille Libellus, quem de concertationibus Academicis ad generalem Præmiorum distributionem adornarunt Deputati à præclarâ artium facultate; Rogatisque ac dictis sententiis, postquam auditus est M. franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus, Placuit, prædictum libellum Memorialem in omnibus Laudari ac probari; eumque cum Illustrissimo Procuratore Catholico communicari, senatûs autoritate confirmandum; ac demum in commentarios universitatis referri, postquam confirmatus erit, typis mandari, et iis omnibus, quorum è re fuerit, posteà distribui./.

Et ita super his quatuor Capitibus, audito prius super singulis Syndico, conclusit Amplss. Rector./.

Vicaire Rector

2ª Junii

Anno dñi 1759, die Secundâ Junii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, apud Ampl. Rectorem, in Sewdiano./.

1º Supplicarunt pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii MM. Egidius-Eduardus Le Boullier, Presbyter Parisinus; Ludovicus-Augustus-Victor Massieu, Subdiaconus Rupellensis; Jacobus-Nicolaus de Bourgeois de Vitray, Presbyter Parisiensis; Ludovicus d'Anteny, Presb. Laudunensis; Carolus-Reginaldus Dolvincourt, Acolythus Laudunensis, et Franciscus Berton, Acolythus Laudunensis. De his retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, ceteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. Quo audito, Placuit, Sua præfatis supplicibus postulata concedi./.

2º Lecta et recognita sunt, quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./.

3º Ad diem decimam-nonam hujus mensis indictæ sunt generales Universitatis supplicationes./.

4º Lecta est Civium Drivatensium ad amplissimum Rectorem Epistola, data die 15ª Maii, quâ neque semel neque iteratim concessam sibi Universitatis opem iterum atque iterum implorant. Audito M. Guerin, Syndico, Placuit, inquiri quid eâ in re factum fuerit./.

5º Placuit ab Universitatis Scribâ expediri M. Vignoles, Doctori Theologo, Litteras testimoniales, fidemque fieri, eum pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii supplicavisse die 7ª augusti anni 1723, etsi expedita non fuerunt, pro antiquo more, ante mensem octobrem ejusdem anni: Nimirum, eos esse Parisiensis Academiæ usus, 1º ut feria academica, quæ in aliis plerisque Universitatibus initium habent à Kalendis Julii, Parisiis ante augusti Kalendas non inciperent. 2º ut si quis supplicaverit pro litteris Nominationis in Comitiis Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem habitis, per duarum mensium Julii, augusti, aut Septembris, ei tamen non expediantur ante illum sequentis octobris diem, quo celebrantur generales Universitatis supplicationes; juxtà antiquam formulam Litteris Nominationis apponi solitam, Datum parisiis in congregatione nostrâ generali, apud S. Mathurinum solemniter celebratâ; atque adeò Nominationis litteras Parisiis expeditas mense octobri, ab iis quæ, in aliâ Universitate, mensibus Julio, augusto aut Septembri expediuntur, nullatenus differre./.

Et ita super his quinque capitibus concluxit Ampl. Rector./.

W. Cavelier Rector

19. Junii

Anno dñi 1759, die decimâ-nonâ Junii, habita sunt Comitia Facultatis Universitatis in Matturinensi, ad varias Supplicationes./.

Primùm in angulo congessum est, ubi supplicavit pro litteris Nominationis jure magisterii artium et quinquennii Laurentius Marescot, Diœcesis Bajocensis. De eo retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse omnia instrumenta ad hanc supplicationem requisita in quibus nihil desiderari. Quo audito, Placuit, sua præfato supplici postulata concedere.

de Bure.

Idem Sacramentum præstitit inter manus Amplissimi Rectoris Guillelmus de Bure, Novus Librarius.

Item est deinde in Comitium, ubi omnes Ordines Academici rata et grata habuerunt, quæ gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, litteras que ipsi commendatitias dederunt, et amplum præbuere comitatum ritè procedenti ad eadem Dei Sacram sub invocatione S. Stephani de monte. Ubi Pontificem egit M. Tamponnet, Theologiæ Decanus. Orationem habuit ad populum M. Seconds, Doctor Sorbonicus: Eucharistiam ad Pontificem M. de Laure, Grammaticæ Professor, in Regiâ Navarrâ.

Et ita concluxit ampl. Rector./. Vicaire Rector

Anno dñi 1759, die vigesimâ nonâ Junii, habita sunt Comitia Deputatorum et adjunctorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Bendiano, ad excipiendas rationes accepti et expensi ab Universitatis Quæstore per annum 1758. Quibus auditis, probatis, et ab omnibus subsignatis compertum est accepta majora esse expensis summâ 1256lt. 2s. 5d. ob. pite./.

Vide fol. 71. Versum.

Vicaire Rector

7o. Julii

Anno dñi 1759, die Septimâ Julii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Decodiano./.

1o

Supplicarunt pro litteris Nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, mm. Philippus de la Roche, Presbyter Fersensis et Doctor Theologus, et Ludovicus-Antonius Sueur de Sonblanc de la Tour, Diaconus Castrensis, de quibus retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum testimonia, quibus constat de legitimo Studii tempore ab iis ritè confecto; cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari; ubi quod litteræ Tonsuræ M. de la Roche, cum actis Academicis non consentiant. Audito Syndico, Placuit sua priori supplici postulata concedi, item et posteriori, eâ conditione, ut litterarum tonsuræ errorem emendari curet./.

2o

Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta.

3o

Placuit in Commentarios Universitatis referri Supremi-Senatus arrestum quod sequitur./. Vid. fol. 71. Vers. et 72. Rect./.

Et ita concluxit Ampl. Rector. Vicaire Rector

1759. 77.

4ª Aug. Anno dni 1759, die quartâ augusti, habita sunt comitia ordrio Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem, in — Decodiano.

1°. Supplicarum pro litteris nominationis pro Magisterii artium — et quinquennii M.M. Tuslanus Corset, acolythus Cabillonæus; antonius Noël, subdiaconus Rothomensis; felix Ferrieu, presbyter Rothomensis; franciscus Coüillin, presbyter Carnotensis; hilarius Le Gaigneur, acolythus Andomarœus; Joannes Grange, presbyter Claromontensis; Martialis Gery subdiaconus Senonensis; Lazarus Thomas, Diaconus Æduensis; Josephus Flauvant, Diaconus Grattianopolitanus; Sebastianus philibertus de la Goutte Duvivier, subdiaconus Æduus; Philippus de la Balmondiere, acolythus Matisconæus; franciscus-Blasius — Berlot, presbyter Bellicensis; Dionysius-franciscus-Mamertus-Balfourier, Diaconus Parisiensis; Adrianus Le Breton, presbyter Courtantiensis; Carolus Savare, subdiaconus Suessionensis; Carolus-Joannes-Jansier, Diaconus Carnutœus; et Claudius Renatus Mont-Richard de la Broste, presbyter Æduensis, antiquæ observantiæ ordinis Cluniacensis expressè professus; Gabriel Valesque, subdiaconus Lugdunæus; Gabriel Calliot, presbyter Cabillonensis; Jacobus Trollier, subdiaconus Lugdunæus; Jacobus-Michael Deniere, subdiaconus Rotomagæus; Jacobus-Nicolaus Broüet, Diaconus Catalaunensis; Jacobus-franciscus Le Sitre, subdiaconus Parisiensis; Jacobus Olivier, Diaconus Catalaunensis; honoratus-felix Dupont, Diaconus Bolonensis; Georgius-Marinus Robinay, subdiaconus Rotomagensis; Josephus-Magdalena de la Sitte du Courtail, presbyter Pictaviensis; Joannes-Baptista-Nicolaus Peuquet, Diaconus Ambianensis; Joannes Le Doüé, presbyter Coriosopitensis; Joannes Davignon, presbyter Carnotensis; Joannes Segret, presbyter Sanflorensis; Jacobus-Ludovicus-Ignatius-Armandus Bergonhon de rathat, Diaconus Aniciensis; franciscus-Guillelmus Lambert, clericus Cenomanensis; Joannes-Baptista Odet, acolythus Parisinus; antonius Torillon-Duprey — subdiaconus Lingonensis; Joannes Pillet, acolythus Arelatensis; Josephus-Maria Chapperon, Diaconus Trecorensis; Joannes-Baptista-Augustus de Ville-outreix de la Faye, acolythus Lemovicensis; Joannes-franciscus Finoquet, subdiaconus Ambianensis; Joannes-Baptista d'angiours, presbyter Bellovacensis; Joannes-Baptista-Vannier, acolythus Lingonensis; Joannes-franciscus de la-

Largue, Subdiaconus Remarensis; Joannes-Nicolaus Sergent, Diaconus Aurelius; Joannes-Josephus Le Conte, clericus Cenomanus; Sebastianus Dragemont, Presbyter Aurelianensis; Marinus-Joannes Le Seigneur, clericus Rothomagensis; Nicolaus-Jacobus Jacquillat de Vendeuvre, Acolythus Lingonensis; Nicolaus Regnier, Acolythus Aedruensis; Petrus-Alexander le Vasseur de Neuilly, Subdiaconus Ambianensis; Petrus-Franciscus Papin, Acolythus Parisinus; Petrus-Joannes-Jacobus Adam, Subdiaconus Rothomagensis; Simon Bailleux, Presbyter Aedruensis; Robertus-Jacobus Binet, Acolythus Rothomagensis; Ludovicus-Josephus Lescot, Diaconus Noviomensis; Ludovicus-Jacobus Pepin, Presbyter Rothomagensis; Ludovicus Chenu, Subdiaconus Parisinus; Petrus Bochon, Diaconus Ebroicensis.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./

3° Quòd dixit M. La Roche, Juriium Decanus, Lapsum fuisse mense maio proximè elapso Declarationem Regiam, unde immunitas a Vectigali plebeio ad tempus suspenditur; adèoque datam fuisse Tributorum unquisitoribus occasionem attentandi antiquissima Universitatis Privilegia; nisi imminenti malo occurratur. Audito eâ de re M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndico, rogatis dictisque Sententiis, Placuit, rogari amplissimum Rectorem, ut quam hactenus cæteris in rebus diligentiam adhibuit, eandem in re gravissimâ adhibere velit; atque, ut quam primùm adeat D. de Silhouette, Erarii Regii Præfectum, assumptis secum, quos voluerit, Comitibus;

4° Quòd antiquo usu receptum est, ut, si quis civis Parisiensis domum aliquam fundi Academici in Suburbio San-germano liberè venditam emere meditatur, ipse se accedat ad amplissimum Rectorem, postulaturus, ut secum agi benignè de censualibus obventionibus; deinde, ut, ex viginti denariis, quæ pro singulas Libellas stricto jure debentur, remittantur octo: Quòd verò dixit amplissimus Rector, nostris temporibus consuetudinem obtinuisse in omnibus ferè Dominiis hujusce urbis, ut quinque ad summum denarii prædicto in casu remittantur: Res in deliberationem missa, audito Syndico, rogatis dictisque Sententiis, è re Academicâ visum est, ut ab antiquâ consuetudine remittendi octo denarios recedatur; deinde, ut à Quæstore generali non duodecim tantum, sed quindecim in singulos Libellas denarii, ex quæ censualium obventionum percipiantur.

Et ita super his quatuor capitibus, audito priùs super singulis meritò Syndico concluxit amplissimus Rector./. Vicaire Recto

8. Aug.

Anno Dni 1759, die octavâ Augusti, congregata est universitas in Magnibus Sorbonæ Scholis, ubi post habitam à V. C. M. Antonio Guencé, Eloquentiæ in Col. Sorb. - Plessæo Professore, Orationem, Præmia academica, præsente Supremo Senatu, distribuit, hoc ordine./.

Præmium Eloquentiæ Latinæ
ex fundatione Viri honesti M. Coignard, Magistris in artibus institutum:
cujus argumentum hoc anno fuit
quare tam commune sit ingrati animi vitium?
meritus et consecutus est Jacobus Delille, Claromontanus.

In Rhetoricâ.

Primum orationis latinè Scriptæ præmium meritus et consecutus est Joan-Bap. Le Roux, Parisinus, è Lexovæo.

Secundum, Carol. de la Croix, San-Manechildæus, è Grassinæo.

proximè accesserunt.

Lud-Remig-Nicol-Benoist, Parisinus - - - è Cardinalitio.
Joan-Jacob.-Laur-Mart. Gallis de Mesnilgrand, Constantiensis, ex harcurio.
Mauritius Moore, hybernus - - - è Plessæo.
Patricius Josephus Plunkett, hyb. - - è Plessæo.
Joan-Bap. du haumont, de la Garde, Petrocorensis, - - è Plessæo.
Lud-Maria Bernardus de Serville, aurelianensis. - ex harcurio

- - - - - - -

Primum orationis Gallicè Scriptæ præmium meritus et consecutus est, Inter Veteranos, Michael-Ludovicus de la Pierre, Parisinus, è Mazarinæo.

Primum, inter Recentiores, anna-Carolus Renatus de Bretignieres de S.-Germain, ex harcurio in Bellovacum transgressus./.

Secundum, Joannes Bapt. Le Roux, Parisinus, è Lexovæo.

proximè accesserunt.

Sebastia. huguet, Parisinus - - - è Marchiano.
Nic. Carol. Marye, Parisinus - - - è Bellovaco.
Carol-franc. Tanquerey de la Montbriere d'hyenville, Const.sis, è Reg. Navarrâ.
Joan-Bap. Quevremont, Rothomagensis - - - è Plessæo.
Joan-Judocus-Ludov. dagneaux, Bellovacus - - è reg. Navarrâ.
Justinus Viger, Parisiensis - - - è Reg. Navarrâ.

Primum strictæ orationis Latinæ, Præmium, inter veteranos, meritus et consecutus est Sebast. Rochus Nicolas, Claromontanus, è Grassinæo.

Primum, inter Recentiores, Joan. Bap. Le Roux, Parisinus, è Lexovæo.

Secundum, Franciscus Josephus Le Crosnier, ex Harcurio.

proximè accesserunt./.

Sebastianus Huguet, Parisinus — — — è Marchiano —
Carolus Thomas Boudet, Chandernagoræus — — è Bellovaco —
Petrus Hubertus Anson, Parisinus — — è Bellovaco —
Ludovicus Remigius Nicolaus Benoist, Parisinus — — è Cardinalitio.
Joan. Bap. Quevremont, Rothomagensis — — è Plessæo —
Joan. Nicolaus Durand, Parisinus — — ex Harcurio.

Primum orationis latinæ in Gallicam conversæ Præmium meritus et consecutus est, Marcus Petrus Ogier descourgeats de Comelles, Burdigalæus, è Marchiano.

Inter veteranos Præmium meritus est Joan. Franc. Josephus de la Croix, Compendiensis, è Plessæo.

Secundum, inter recentiores, Carolus de la Croix, San-Manechildæus, è Grassinæo./.

proximè accesserunt.

Sebastianus Rochus, Nicolas, Claromontanus, veteranus — è Grassinæo.
Jac. Franc. Augustinus Bourgois, Rothomagensis — — è Mazarinæo.
Carol. Ludov. Albertus Girault, Versaliæus, — — — è Bellovaco.
Claud. Franc. de Moyria de Mornay, Lugdunensis — — è Mazarinæo.
Lud. Remigius, Nicolaus Benoist, Parisinus — è Cardinalitio.
Petrus Carolus Maria Laurent, Bucciniensis — — è Bellovaco.
Joan. Judocus Ludov. Michael d'agneaux, Bellovacus è reg. Navarrâ.

Primum orationis Græcæ in Latinam conversæ Præmium meritus et consecutus est Joan. Bapt. Lafon, Lemovicensis, è Plessæo./.

Secundum, Marcus Petrus Ogier descourgeats de Comelles, Burdigalensis, è Marchiano./.

proximè accesserunt.

Carolus de la Croix, San-Manech. — — è Grassinæo.
Henricus du Villa Elizabeth de Jougla de Parasa, Tolosanus, ex Harcurio.
Sebastianus Huguet, Parisinus, — — è Marchiano.
Anna Carolus Renatus de Bretignieres de St. Germain, Parisinus — — è Bellovaco.
Joan. Alexander de Carney, Monspestulanus — — è Bellovaco.
Joann. Judocus Ludov. Michael d'agneaux, Bellovacus — è reg. Navarrâ./.

In Secundo Ordine.

Primum orationis Gallicæ in latinam conversæ Præmium meritus et consecutus est Lud. Car. Bosquillon de fontenay, Bellovacensis é Grassinæo./.

Secundum, Antonius Mac-Mahon, hybernus, é Plessæo.

proximè accesserunt.

Andreas Sebast. de hault de rodange, Samniellanus — é Plessæo.
Jacobus le fevre, Meduntensis — é Plessæo.
Joan-Antonius Tissel de la Motte, Parisinus — é Bellovaco.
Jacob. Emmanuel Le Goux, Sagiensis — é Marchiano.
Carolus l'Etu, Mirapicensis — é Plessæo.
Bertrandus Johnson, hybernus — é plessæo.

Primum Carminis latiné scripti, Bernardus Thomas, Semuræus — é Lexovæo.

Secundum, Joan-Nicolaus Buache, San-Manech.^dus é Bellovaco.

proximè accesserunt.

Edmundus ferlet, Parisinus — é Plessæo.
Philippus La Corne, Catalaunensis — é Plessæo.
Stephanus Baudoin Rothomagensis — é Plessæo.
Petrus Saintin, Parisiensis — é Bellovaco.
Joan-Philippus Jannet — é Mazarinæo.
Joan-Robertus. Bern. freder. Dommandgs, Parisinus, é Mazarinæo.

Primum orationis Græcæ in Latinam conversæ, Athanasius-Cyprianus Lasseray, Parisinus, é Bellovaco.

Secundum, Petrus Saintin, Parisiensis é Bellovaco.

proximè accesserunt.

Edmundus ferlet, Parisinus — é Plessæo.
Antonius Mac Mahon, hybernus — é Plessæo.
Bertrandus Johnson, hybernus — é Plessæo.
Thomas Marcognet, Parisiensis — é Grassinæo.
Emmanuel-Maria Gabriel freteau de Veaux le Penil, Parisiensis é Bellovaco.
Ludovicus franc. Coquerel, Ebroïcensis — ex harcurio./.

Primum orationis Latinæ in Gallicam conversæ, Antonius mac-Mahon, Hybernus, è Plesiæo./.

Secundum, Carolus L'Etue, Mirapiensis, è Plesiæo.

proximè accesserunt.

Franc-Paulus Gerbaux, Druida, — — è Plesiæo.
Claudius-Petrus-Bernardus Gueroult, Rothomagus, ex Barcurio./.
Guillelmus-David Gautier, Tornodurensis, è Plesiæo —
Edmundus Forlet, Parisinus — — è Plesiæo.
Lud-Carol. Bosquillon de Fontenay, Bellovacensis, è Grassinæo.
Joan-Rob-Bern-Freder- Dommangé, Parisinus, è Mazarinæo.

In Tertio Ordine.

Primum orationis Gallicæ in Latinam conversæ præmium — meritus et consecutus est Joannes-Carolus-Franciscus Thuel, Noviodunensis, è Grassinæo.

Secundum, Carolus-Ant. Bernage, è Plesiæo.

proximè accesserunt.

Claudius-Antonius Metivier, Parisiensis, — — — è Mazarinæo.
Andreas Barthelemy, Massiliensis, — — — è Grassinæo.
Nicolaus Ludov-Dufruit, Parisinus — — è Grassinæo.
Justus-Renatus Haüy, Ambianensis — — — è reg. Navarræ.
Ludov-Alex. Urbanus de Barthelier, Cavillicensis — — è Mazarinæo.
Franc-Remigius-Bareliet, Stampensis — — — è Plesiæo.

Primum Carminis Latinè Scripti, Guillelmus-Michaël Bessières, Rothomagensis è Plesiæo-Bellovaco.

Secundum, Petrus-An. Rucault-Pelletier, è Plesiæo.

proximè accesserunt.

Ludovicus Retel, Ambianensis — — — è Mazarinæo.
Petrus-Maria Savy — — — ex Barcurio.
Carolus-Florentius Ochez de Beaupré, Pictaviensis — è Plesiæo.
Joannes-Franciscus Perignon, Parisinus — — è Plesiæo.
Carolus-Antonius-Bernage, Rothomagensis — — è Plesiæo.
Joan-Jacobus Caquille de Ste Croix, Americanus — — è Plesiæo.

Primum Orationis Latinæ in Gallicam conversæ, Ludovicus-Michael Gombault, Parisinus, è Mazarinæo./.

Secundum, Nicolaus-Lud. Dufruit, Parisinus — é Grassinæo.

proximè accesserunt.

Joan-franc. Perignon, Parisinus — — é Plessæo.
Joannes Marchal, Virdunensis — — é Marchiano.
Carolus-Ant. Bernage, Rothomagensis — — é Plessæo.
Guillelmus-Michael Beniere, Rothomagensis — — é Bellovaco.
Carol-Nicolaus-Mathasius Labdan, Magniacensis — — é Plessæo.
Ludov-Rétel, Ambianensis — — é Mazar.

Primum Orationis Græcæ in Latinam conversæ Simon-Josephus Cahouet, Parisinus, é Lexovæo.

Secundum, Justus-Renatus haüy, é Regiâ Navarrâ.

proximè accesserunt.

Joan-franc-Perignon, Parisinus — — é Plessæo.
Abdonius-Cyrius-Martinus Mignot, Calviacensis — — é Plessæo.
Joan-Bap-franc-Herbin, Parisinus — — é Lexovæo.
Joan-Carolus franciscus Thuet, Noviodunensis — — é Grassinæo.
Lud-Alex-Urbanus de Barthelieu, Cavallicensis — — é Mazar.
Carolus-Ant. Bernage, Rothomagensis — — é Plessæo.

In quarto Ordine.

Primum Orationis Gallicæ in latinum conversæ Præmium meritus et Consecutus est Alexander-franciscus Le Poitevin, Rhedonæus, é Collegio Montis-Aceti

Secundum, Carolus-Josephus Sarreste, Senonensis é Grassinæo

proximè accesserunt.

Jacobus Sejean, parisinus, — — ex harcurco
Joan-Bap-Petrus Duprat de la Goupilliere, Blesæus, — — ex harcurio.
Arman-Josep. Ant. Adri-Castelnau de Villeraze, Biterensis — é reg. Navarrâ.
Claudius Cormeille, Parisinus — — é Mazarinæo.
Joan-Lud. du tartre, Parisinus — — é Plessæo.
Claudius Gallien, Gratianopolitanus — — é Mazarinæo.

Primum Orationis Latinæ in gallicam conversæ, Carolus-Nicol. Montardier, Parisinus, é regiâ Navarrâ.

Secundum, Claudius Cormeille, Parisinus, é Mazarinæo.

proximè accesserunt.

Jacobus — franc. Dubois, Bellovacensis — — — è Lexovaco.
Carolus — Josephus Patreste, Senonensis — — — — è Grassinaco.
Petrus — Carolus le Roux, Compendiensis — — — è Grassinaco.
Claudius Gallius, Gratianopolitanus — — è Mazarinaco.
Joan. Martin, Carnutensis — — è Mazarinaco.
Joan. franc. Hebert Chartrain, Sagiensis — — ex Barcurio.

In quinto Ordine.

Primum orationis Gallicæ in latinam conversæ præmium meritus et consecutus est Petrus. Mathurinus Dotentuit Langlois Parisinus, è Mazarinaco.

Secundum, Nicolaus Questant, Parisinus, è Regiâ Navarrâ.

proximè accesserunt.

Ludovicus. Th. Le Fevre, Ebroïcensis. ex Barcurio.
Joannes firminus Romelot, Parisinus ex Barcurio
Joannes. Bapt. Gerdret Virdunensis è Mazarinaco.
Paulinus — Ludovicus Berche, Parisinus, è Bellovaco.
Jacobus. franciscus Le Chias, Carnutensis. è Mazarinaco
Antonius le Seigneur, Rothomagensis — è Lexovaco.

Primum Orationis latinæ in Gallicam conversæ, Petrus Mathurinus Dotentuit. Langlois, Paris., è Mazarinaco

Secundum, Lud. Thomas le Fevre, Ebroïcensis, ex Barcurio

proximè accesserunt.

Dionysius Lasabit, Parisiensis — — ex Barcurio.
Maria Lambertus de Villeneuve — — ex Barcurio.
Nicolaus Questant, Parisinus — — è reg. Navarrâ
Andreas — Carolus Therin, Parisinus — — è Mazarinaco.
Nicolaus Stephanus Framery, Rothomagensis — è Mazarinaco
Jacobus franc. Le Chias, Carnutensis — — è Mazarinaco.

In Sexto Ordine.

Primum Orationis Gallicæ in latinam conversæ Præmium meritus et consecutus est franciscus. Philemon de Gregoire de St. Sauveur, Versaliensis, è Bellovaco.

Secundum, Joan. Bap. d'Houdan de Villeneuve, Parisinus, è Blesaco.

proximè accesserunt.

Joan-Nicolaus Dufresne, Parisinus — — à Mazarineo.
Petrus Limanton, Nivernensis — — à Lexoveo.
Franc-Jacobus L'Epine, Parisinus — — à Mazarineo.
Alexander Lorin, Parisinus — — à Mazarineo.
Joan-Lud-Nicolas Parisinus — — à Plessaeo.
Alexander Blin, Parisinus — — à Plessaeo.

Primum Orationis Latinæ in Gallicum conversæ, Josephus Leonardus de Wismes, Atrebatensis, à Mazarineo.

Secundum, Franciscus-Philemon de Gregoire de Saint-Sauveur, Versaliœus, è Bellovaco.

proximè accesserunt.

Renatus-Carolus Bouquet, Parisinus — — à Marchiano.
Nicolaus Clement, Lingonœus — — à Grassineo.
Carolus Bourgneuf de Vasinghen, Parisinus — — à Cardinalitio.
Petrus-Car-Dionysius Chamelin, Sylvanectensis — — è Bellovaco.
Joannes-Nagon, Augustodunensis — — à Lexoveo.
Jacobus Thetion, Parisinus — — à Grassineo.

14. Aug. Anno Dni 1759, die decimâ quartâ mensis augusti, habita sunt in Maturinensi Comitia generalia procerum artium facultatis, ad creandos probatores sive examinatores Licentiandorum in artibus./

Post habitam ab amplissimo Orationem, in quâ pro more de officiis examinatorum egit, Mgr Sephes d. Mariæ Procancellarius appellavit Examinatores à meritissimo D. Mariæ Cancellario designatos, et M. D. Genovefes Procancellarius appellavit à Meritissimo D. Genovefæ designatos, scilicet, in honorandâ Natione, Mgrum Stephanum Camyer, Baccalaureum Theologum, et Mgrum Matthurinum Girault de Koudou, Philosophiæ Professorem in Regiâ Navarrâ; In celebrimâ Classium Mestier, Grammaticæ Professorem, in Cardinalitio, et Mgrum de la Roche, humanitatis Professorem, in eod. Cardinalitio; in Venerandâ Danielem Gigot, Philosophiæ Professorem, in Lexoveo, et Mgrum Ludovicum Vaultier, Licentiatum Theologum; in Constantissimâ, Mgrum Michaelem Dally, Licentiatum Theologum, et Andream Meagher, Licentiatum Theologum./

Dimissæ Nationes ab Amplissimo Rectore ad deliberandum ac deinde regressæ per Ornatissimos Procuratores retulerunt, eligi à se et creari ad tentandam Candidatorum Magisterii peritiam Octo Viros à meritissimis Cancellariis designatos./

Saget. Flauvant Bazeillac Tocut de Beauve Ruelle Prevost Morel Le Moine

Digressis Pro-Cancellariis et facta ab amplissimo Rectore supplicandi Licentia, supplicarunt Alexander-Claudius-Rolandus Saget, Diaconus Meldæus, ut ne sibi noceat quod addiderit cognomentum de la grange, et quod scripserit se Meldensem; Josephus Flauvant, Diaconus Gratianopo=litanus, ut ne sibi noceat quod ultimam nominis gentilitii litteram varie scripserit: Joannes-Baptista Pascal Bazeillac, Tarbiensis, quod nomen gentilitium varie scripserit, et in uno Catalogo omiserit; Stephanus Tocut, Suessionensis, ut biennium ~~Cadomi~~ Remis confectum in Collegio bonorum puerorum, sibi pro uno anno imputetur: Joannes de Beauve, Suessionensis, ut om=issum in Catalogis nomen restituatur: Petrus Ruelle, acolythus Gratia=nopolitanus, ut ne sibi noceat, quod in posteriore Logicorum nomen non inscripserit; Jacobus-Franciscus Prevost, ut ne sibi noceat, quod morbo gravissimo impeditus nomen in uno Catalogorum inscribere non potuerit; Guillelmus Morel, clericus Lugdunæus, quod scripserit Lugdunensis: Petrus le Moine daulemesnil, ut nomina reformentur varie scripta./.

Præterea dictum est apud B. Mariam habitum fuisse Candidatorum Magisterii in artibus examen, ubi inter probatores locum tenuit Mgr Le Vacher, vir Procuratorius, qui pro officio examinatoris Sacramentum inter manus amplissimi Rectoris non præstitit.

Audito M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, Nationes ab amplissimo Rectore ad deliberandum dimissæ retulerunt 1° se omnibus præfatis supplicibus indulgendum censere. 2° ad Cautelam iterandum esse examen, gratuito. 3° rogandum meritissimum Cancellarium, ut ne quem substitui patiatur in locum examinatoris absentis, nisi Sacramentum solitum inter manus amplissimi Rectoris præeuntibus annis præstiterit.

Et ita conclusit amplissimus Rector./. Vicaire Rector

15. Aug.

Anno dni 1759, die decima quinta augusti, amplissimus Rector, assump=tis secum, quos voluit, Comitibus, Versalias se contulit, Regi, Delphino, et Serenissimo Burgundiæ Duci obtulit Indiculum Athletarum, quos alma Parens academia Parisiensis in solemni Præmiorum distributione die octava augusti præsentis coronavit. Ubique summa comitate ac benignitate exceptus est.

Fourneau
Univ. Scriba.

23. Aug.

Anno dni 1759, die vigesima tertia augusti, ex Mandato amplissimi Rectoris congregati sunt apud amplissimum Rectorem in Regia Navarra Magistri in Ar=tibus Pædagogia sub Clientela Universitatis habentes. Quibus dixit ampl. Rector, cum administrationis tempus M. Petro-Vitali Varin commissæ proxime immineat, peragendum; videri sibi e re Pædagogorum id servare, quod præcedentibus annis =actum est, ut eidem administrationi in antecessum provideatur, quam sibi proro=gari non vult præfatus agens. Itaque, 1° se rata et grata habere quæ gessit M. Petrus-Vitalis Varin in sua biennali administratione. 2° Eligere ~~ac~~ ac nominare

M. Petrum le Comte, et constitui ad res Magistrorum in artibus Pædagogia sub Clientelâ universitatis habentium, sub Procuratoris sive agentis nomine, per biennium administrandas./.

Quo facto placuit amplissimo Rectori iis omnibus subscribere quæ gessit M. Varin in suâ Biennali administratione.

Ad officium adjunctorum nominati sunt MM. Varin et Hachard, qui agenti novo opem et operam præstent.

Demum instituta est præsentis nominationis formula, et in pædagogorum tabulis relata, cujus tenor sic est./.

L'an 1759, le 23. âout, les Maitres-ès-arts et de Pension de l'Université, étant assemblés par convocation expresse en l'hotel de Monseigneur le Recteur au College de Navarre, à été nommé par Mond Seigneur le Recteur la personne de Me Pierre le Comte, pour agent desd. Maitres, et pour en cette qualité gerer les affaires communes; lequel Me P. le Comte a accepté lad. fonction.

Et lesd. Maitres ont ensuite procédé à l'election de deux adjoints, et à la pluralité des voix ils ont elus Me Pierre Vital Varin, et Me Antoine Hachard.

Et ita ab ampl.o Rectore conclusum fuit./. Vicaire Rector

23. Aug. Anno dni 1759, die vigesimâ tertiâ augusti, habita sunt in antecessum Comitia Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem in Becodiano. Absentis Scribæ locum tenuit Mgr Mathurinus Girault de Koudou, Philosophiæ Professor in Regiâ Navarrâ.

1.o Supplicavit, pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii M. Petrus franciscus Sourdat, Presbyter Catalaunensis. De eo retulit meritissimus Syrioicus, ac dixit nihil desiderari. Quo audito suum præf.o supplici postulatum concessum est./.

2.o Absente Scribâ, lecta non sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./.

3.o Auditæ sunt rationes accepti et expensi à M. Morin Collegii S. Michaëlis Procuratore-Sequestro, per decursum anni 1758. Ex quibus compertum est accepta esse majora expensis. Itaque summam residuam quæ erat 553.tt 11.s 1.d, placuit, ad usus ordinarios inter manus præd. Procuratoris relinqui./.

4.o Quod exposuit amplissimus Rector ea quæ in Pædagogorum academicorum Comitiis, hodiernâ die, matutinis horis in regiâ Navarrâ habitis acta sunt; ac præsertim retulit formulam in eorum tabulis Gallicè scripta de Electione Agentis, ut aiunt, ab amplissimo Rectore facta: Placuit rata et grata haberi quæ gessit amplissimus Rector, eique gratias agi amplissimas.

Et ita super his quatuor capitibus, audito prius super singulis Syndico, conclusit amplissimus Rector./. Vicaire Rector

4 octob. Anno dni 1759, die quartâ octobris, habita sunt Comitia ~~ordinaria Deputatorum~~ generali universitatis et Supplicatoria, in Maturinensi.

Primùm in angulo consessum est, ubi supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Claudius Chopard, Diaconus æduensis; Franciscus Chanony, Diac. Lugdunæus: Jacobus-Josephus Rast, Subdiaconus Lugdunæus, de quibus retulit meritissimus Syndicus, ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rité confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Quo audito, Placuit, sua præf. supplicibus postulata concedi./.

Itum est deinde in Comitium, ubi singuli ordines academici rata et grata habuerunt quæ gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, ei que Litteras commendatitias decrevere; amplissimumque præbuere comitatum rité procedenti ad ædem Deo sacram sub invocatione S. Nicolai è Carducto.

Ibi Pontificem egit novus Pastor, M. hilaire, Doctor Theologus, è Societate Sorbonicâ. Orationem habuit ad populum M. froger, item Doctor Theologus: Eucharisticam M. Achos, Litterarum Professor, in Lexovæo./.

Vicaire Rector

6. Octob. Anno dni 1759, die sextâ octobris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Becodiano./.

1° Supplicarunt pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii MM. Adrianus Boudinot, Acolythus æduensis, et Joannes-Bapt. Coqueret, Presbyter Rothomagensis. De his retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de legitimo studii tempore, ab iis rité confecto, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. Quo audito, Placuit, sua præf. supplicibus postulata concedi./.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant in Comitiis, diebus 4ª. et 23ª. Augusti, acta et statuta./.

3° Quòd dixit amplissimus Rector se juxtâ conclus. Latam 4ª. augusti proxime elapsi adiisse ad Illustrissimum ærarii Regii Præfectum ~~adiisse~~ D. Silhouette, hoc que ab eo responsum retulisse, offerendum Regi memorialem Libellum de antiquâ immunitate Virorum academicorum à Plebeïo Vectigali; cui oblato venisse responsum, quod cum Academiæ votis ac juribus non satis consentire videtur: Lecto prædicto Libello memoriali, eoque Laudato et approbato; Lectâ pariter Viri Clarissimi ad amplissimum Rectorem Epistolâ, audito M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, Placuit 1° gratias agi amplissimo Rectori. 2° Negotium protrahi, et in melius tempus differri./.

4° Quod dixit amplissimus Rector novum de re Corariâ arrestum Pergamenariorum Communitati occasionem præbuisse attentandi Jura

Rectoris in rem Pergamenariam; Ea de re Placuit consuli Consilium Universitatis forense./.

Et ita super his quatuor Capitibus, audito Syndico, conclusit amplissimus Rector./.

10. Octob. Anno dni 1759, die decimâ octobris, habita sunt Comitia generalia et Rectoria praeclarae Artium facultatis, in Maturinensi.

Factâ supplicandi potestate supplicarunt pro immunitate ab onere scribendi Patricius Plunkett, et Patricius Shortas, hyberni, ob pectoris infirmitatem quam scripto testatur M. Mac-Mahon, Doctor medicus Parisiensis: Joannes Nicolaus Durand Rothomagensis pro eadem immunitate, ob Myopiam, quam scripto testatur Mgr Peager, Doctor medicus Parisiensis: Leonardus-Joannes de La Borie, Diaconus Sarlatensis, ut ne sibi noceat, quod in actis academicis scribatur Joannes-Leonardus. Plunkett Shortas Durand de la Borie

Audito de supplicibus Syndico, amplissimus Rector Nationes dimisit ad deliberandum. Quae regressae per singulos Procuratores retulerunt 1° se supplicibus indulgere 2° confirmare Quatuor-Viros, scilicet, in honorandâ Natione, Mgrum Camyer Philosophiae Professorem in Lexovaeo; in fidelissimâ, Mgrum Messier, Ex-procuratorem; in venerandâ, Mgrum Sanson, Litterarum Professorem in Regiâ Navarrâ; in Constantissimâ, Mgrum Cafax, Grammaticae Professorem in Marchiano. 3° grata et rata habere, quae gessit amplissimus Rector in suo trimestri, annuo, et toto Magistratu; praesertim verò, quod Judiculum athletarum quos in solemni Praemiorum distributione coronavit Universitas, Regi, Delphino, et Burgundiae Duci obtulit.

Quatuor-Viri, praestito solemni Sacramento, conclave ingressi sunt, unde digressi per Mgrum Sanson, retulerunt, electum à se fuisse et Nominatum Magistrum Danielem Gigot, Rothomagensem, Licentiatum Theologum, Socium Sorbonicum, Celeberrimum Philosophiae Professorem in Lexovaeo./.

Quam electionem Nationes ad deliberandum dimissae comprobarunt et confirmarunt./.

Et ita Conclusit amplissimus Rector. Vicaire Rector

Accessit praefatus DD. Gigot, ac praestito inter amplissimi Rectoris manus Sacramento, ab eo inauguratus est, ac missus in possessionem impositione pilei Rectorii, Traditione libri, Sigilli, et Clavium: captoque ad Latus Dextrum ejusdem amplissimi Rectoris DD. Antonii Vicaire Loco, Oratiunculâ eleganti et modestâ gratias egit praeclarae Artium facultati. ac deinde ad aedes suas Lexovaeas amplo Comitatu deductus est.

Fourneau univ. Scriba./.

11. Octob. Incipit Rectoratus DD. Danielis Gigot.

Anno dni 1759, die undecimâ octobris, horâ septimâ matutinâ, amplissimus Rector DD. Daniel Gigot, Rothomagensis, informatus seu instructus est more antiquo à Clarissimo Ex-Rectore, sapientissimis Theologiæ, Jurium et medicinæ Decanis, et ornatissimis Galliæ, Picardiæ, Normaniæ et Germaniæ Procuratoribus, qui omnes electionem ejus gratam habuerunt, eique opem, operam et consilium polliciti sunt./

Et ita conclusit amplissimus Rector./ D. Gigot Rector.

Die vigesimo ejusdem mensis octobris amplissimus Rector cum sapientissimis Decanis, ornatissimis Procuratoribus, adjunctis, officiariis Universitatis Majoribus, et omnibus apparitoribus adiit ad Illustrissimum Ecclesiæ Parisiensis archi-Episcopum DD. de Beaumont, eique faustum in Urbem reditum gratulatus est./ Fourneau un scriba./

27.e Octob.

Anno dni 1759, die vigesimâ septimâ octobris, habita sunt in Maturinensi Comitia generalia præclaræ artium facultatis, ad creandos Censores./

de la houssaye

Factâ supplicandi Licentiâ, supplicavit Leo Henricus de la Houssaye, clericus Parisinus, ut immunis fiat ab onere scribendi codices, ob myopiam quam scripto testatur M. Munier, Doctor Medicus Parisiensis./

Audito Syndico, nationes ab amplissimo Rectore dimissæ ad deliberandum de supplice, creandosque Censores retulerunt se supplici indulgere; creatos autem à se fuisse Censores, in honorandâ quidem Natione, Mgrum Morain, Baccalaureum Theologum; in fidelissimâ, Magistrum Turmines, Baccalaureum Theologum; in venerandâ Mgrum Hamel, humanitatis Professorem in Regiâ Navarrâ; in Constantissimâ, Mgrum Genet, Licentiatum Theologum.

Præterea, quod, requirente me ac postulante, dixit amplissimus Rector mense septembri proximè elapso impositum fuisse quatuor assium tributum in singulas membranas, quibus utitur ad describendas nominationis et quinquennii litteras Universitatis scriba: singulis nationibus visum est fieri potestatem scribæ prædictam quatuor assium summam à singulis candidatis repetendi./

Et ita ab amplissimo Rectore conclusum est./ D. Gigot Rector.

Continuò accessere novi Censores, et sacramentum dixere inter manus amplissimi Rectoris: quo facto, soluta sunt Comitia./

10. Novemb.

Anno dni 1759, die decimâ novembris, habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Lexovæo.

1.o

Supplicarunt, pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii, MM. Joannes-Stephanus Flamant, clericus Suessionæus;

Petrus Nicolaus Mouchel-du hamel, acolythus Constantiensis; Alexander-Rolandus Saget, Diaconus Meldæus; Joannes-Franciscus Finoquet, Subdiaconus ambianensis; Joannes-Nicolaus Le Coq, Presbyter Senonensis; Ludovicus-Ægidius de la Hogue, acolythus Parisinus; Georgius-Ægidius Montien, Diaconus Bajocensis; De his retulit M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil deprehendisse vitii, nisi quod M. Montien nomini gentilitio addiderit de laborere./ Quo audito, Placuit, seu sex prioribus supplicibus postulata concedi, item et posteriori, eâ conditione ut nominis sui errorem reformari curet./.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./.

3° Supplicarunt pro licentiâ aperiendi hac in urbe Pædagogii sub Clientelâ universitatis MM. Petrus Chocquart, Subdiaconus ambianensis, et Ludovicus-Jacobus Roche-desmarets, artium Magistri. Audito Syndico; nominati sunt Galliæ et Normaniæ Procuratores, qui de supplicum vitâ, moribus, et doctrinâ inquirant./.

4° Ingressi sunt viri Clarissimi MM. de Lauriere et de Vauxcelles, Doctores Sorbonici; cumque locum cæpissent ad mensam majorum Universitatis officiariorum, eorum alter M. De Lauriere oratione latinâ declaravit, à Societate Patrum Sorbonicorum electum fuisse nuper Illustrissimum Ecclesiæ Parisiensis Archi-Episcopum DD. de Beaumont, in domus Sorbonicæ Provisorem, Loco Eminentissimi Cardinalis de Saulx de Tavannes, Archi-Episcopi Rothomagensis, Magni Franciæ Eleemosinarii, fato functi. Simulque prædictæ Societatis nomine rogavit academicum Tribunal, ut pro vetere instituto se conferret in ædes Sorbonicas ad confirmandam eam electionem, in id propositâ die hujusce mensis decimâ nonâ./.

Cum uterque secessisset, re in deliberationem missâ, Placuit, eligi et assignari diem hujusce mensis decimum-nonum, quo Tribunal academicum in ædes Collegii Sorbonici se conferat ad confirmandam electionem prædictam. Tum revocatis præfatis Doctoribus delegatis, amplissimus Rector hæc dixit. Viri Clarissimi, Tribunal academicum juxta vota Patrum Sorbonicorum elegit diem hujusce mensis decimum-nonum, quo in ædes Collegii Sorbonici se conferat, ad confirmandam electionem à Societate Sorbonicâ factam Illustrissimi Ecclesiæ Parisiensis Archi-Episcopi DD. de Beaumont, Loco Eminentissimi Cardinalis de Saulx de Tavannes, demortui./.

Et ita super his quatuor Cap. conclusit ampl. Rector./. D. Gigot Rector.

19. Nov.

Anno Dni 1759, Die Decimâ nonâ novembris, habita sunt extraordinem Comitia Tribunalis Academici ad confirmandam Electionem Illustrissimi Ecclesiæ Parisiensis Archi-Episcopi DD. Christophori de Beaumont de Repaire, in Sorbonæ Provisorem.

Horâ post meridiem tertiâ Academicum Tribunal convenit in Scholas Sorbonæ exteriores, unde, invitantibus Sorbonicis, Syndicus et Scriba in aulam Collegii interiorem se contulerunt, invisuri, utrum Sedilia, mensa et cætera essent pro veteri instituto disposita. Cùm que decenter habere se omnia retulissent, Tribunal Academicum à binis Doctoribus Sorbonicis deductum est ad ipsum Sorbonæ Collegium. Amplissimus Rector et Deputati eo habitu erant, quo solent esse in Comitiis Ordinariis. Ingredientibus obviam honoris causâ prodiere quatuor ex antiquioribus Sorbonicis, et prosecuti sunt ad aulam usque Majorem. Ibi M. Thierry, D. Mariæ Cancellarius, quæ pluribus abhinc annis sopita sunt dissentiones renovavit. Cùm enim prior ingressus esset, constitutum Sedilium ordinem ita intervertit, ut debitos Amplissimo Rectori honores, Archi-Diacono Parisiensi sibique adscriberet. Justit Amplissimus Rector consuetum Sedilium ordinem restitui, quod nisi ex tempore fiat, à Comitio cum suis discessurum se declaravit. Jam que excessurus erat, cum ipse Archi-Diaconus Parisiensis M. Regnault à prædicto Cancellario obtinuit, ut tandem æquissimæ Amplissimi Rectoris postulationi annueret. Restituto Sedilium Ordine, Amplissimus Rector consedit medius in Brachiatâ Sede ad mensam oblongam, in extremâ aulæ parte positam, et tapetibus instratam. Habuit, in Sedilibus pariter Brachiatis, considentes, ad dextrum quidem latus Venerabiles DD. Archidiaconum Parisiensem, Cancellarium D. Mariæ, Medicinæ Decanum, Picardiæ et Germaniæ Procuratores; ad sinistrum autem Venerabiles DD. Theologiæ et Jurium Decani, Galliæ et Normaniæ Procuratores, et Meritissimus Syndicus. In eadem sinistrâ parte posita erat minor mensa, ad quam sedebat Universitatis Scriba, cum Quæstore-Generali./.

Priusquam autem cæpta esset Comitia Venerabilis Vir D. Regnault, Archi-Diaconus Parisiensis, petiit à Meritissimo D. Mariæ Cancellario, ut sibi solitam traderet contestationem, tam suo quam Cancellarii nomine legendam. Cum autem respondisset præd. Cancellarius officii sui rationem non postulare ut illam contestationem ad Comitia afferat, adeò que se præ manibus non habere: Tùm Venerabilis Archi-Diaconus vivâ voce contestatus est, et contestationis actum petiit.

Tùm M. Franciscus-Nicolaus Guerin, Universitatis Syndicus reclamavit, et ipse pro retinendo ac tuendo Amplissimi Rectoris Jure contestationem ex scripto egit, cujus tenor hic sequitur.

Et à instante Mre. François nicolas Guerin, Professeur de Rhetorique au College mazarin, ancien Recteur de l'Université et Syndic a dit. — —



Que dans l'obligation ou il est de soutenir les droits et l'hon=
=neur de l'Université, il ne peut pas se dispenser de faire
ses protestations contre ce qui vient d'etre dit par M. Regnault
Archidiacre de Paris, tant en son nom, qu'en celui de M.
Le Chanelier de lad. Eglise de Paris. Que cependant il est
bien eloigné de vouloir troubler la paix et le bon ordre qu'on
doit garder dans cette Ceremonie. Qu'il observera seulement
qu'il paroitroit extraordinaire qu'on pretendit contester au
Recteur qui est le chef de l'Université, la préséance et la
primauté de l'apostrophe dans un College qui en fait partie,
quand même il n'auroit pas, ainsi qu'il a de tems immemorial,
la possession de présider aux assemblées qui se sont tenües
jusqu'a present en pareille occasion. Qu'envain on alleguroit la
disposition de la Bulle de Clement IV., dressée dans un pais,
ou les usages et les rangs de l'Université de Paris n'etoient
pas connus, les quels d'ailleurs ne dependent ici que de la Puis=
=sance Royalle. Que pour ces raisons et autres à deduire en tems
et lieu, il proteste contre le refus qui pourroit être fait par led.
S.r Archidiacre et Chanelier de l'Eglise de Paris d'adresser
la parolle en premier lieu aud. S.r Recteur en deliberant, comme
aussi contre tout ce qui vient d'etre dit par led. S.r archidiacre.
Dequoy il requiert pour l'Université lui être pareillement donné
acte, pour lui servir en tems et lieu a ce que de raison. /.

Signatum Guerin, Syndic.

Auditâ Venerabilis Archidiaconi Parisiensis contestatione, lecto
meritissimi Syndici contestationis instrumento M. Riballier, Doctor
Sorbonicus, vices supplens Senioris, cujus ad dextrum latus sedebat,
Orationem exorsus est his verbis: amplissime Rector, Ecclesiæ
et Academiæ Procures. Ut lubentissimis animis, sic et attentissimis
auribus, auditus est, dum et provisoris amissi, et successoris acq=
=isiti laudes eloquenter et copiosè prosequeretur; ac demum Sorb=
=onicæ Domûs nomine postulavit, ut pro more antiquo electio
Illustrissimi Archiepiscopi Parisiensis DD. de Beaumont in
Provisorem Sorbonicum confirmaretur. /.

Tùm amplissimus Rector argumentum idem retractavit
Oratione eleganti et brevi, cujus in fine sententiam de postulatis
ab Oratore Sorbonæ roganti hac formulâ, Clarissimi Utrius=
que ordinis Procures, postulo à vobis, ut &c

Primus dixit sententiam Venerabilis archidiaconus Pari=
=siensis; deinde meritissimus Cancellarius, adhibitâ utrique
hac formulâ, Ecclesiæ et Academiæ Procures. Sententias deinde
singulatim et ex ordine dixere Venerandi Theologiæ, Juricon=

et medicinæ Decani, et Ornatissimi Galliæ, Picardiæ, Normaniæ et Germaniæ Procuratores, adhibitâ hac formulâ, Amplissime Rector, Ecclesiæ et academiæ Proceres.

Amplissimus Rector sic resumpsit, Clarissimi utriusque ordinis Proceres, Electionem Illustrissimi ac Reverendissimi Archi-Episcopi Parisiensis DD. Christophori de Beaumont du Repaire in Provisorem Collegii Sorbonici probatis, laudatis et confirmatis. Et Ego vobiscum concludo. / D. Gigot Rector

I. dec. Anno Dni 1759. die primâ decembris, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem, in Lexovæo.

1°. Supplicarunt, pro litteris nominationis, jure Magisterii artium et quinquennii MM. Josephus de Thiersant, Presbyter Quebecensis, Remigius Breffort, Diaconus Suessionensis; Gabriel Miné, Presbyter æduensis, Petrus Dumay, Diaconus Tricassinus, Gaspardus Leonardus de Marcé, Eucrythus Parisinus. De his retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat de legitimo studii tempore ab iis rite confecto, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, nisi quod M. de Marcé, nomen gentilitium habeat scriptum per litteram Z in omnibus actis academicis, cum inscribi debuisset per litteram C. Quo audito, Placuit, suæ præfatis supplicibus postulata concedi, eâ conditione, ut posterior nominis errorem emendari curet. /

2°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta. /

3°. Auditâ relatione Ornatissimorum Galliæ et Normaniæ Procuratorum de vitâ, moribus et doctrinâ MM. Chocquart, et Roche-Desmarets: audito M. Le Comte Pædagorum-Academicorum agente: audito M. Guerin, Syndico, Placuit fieri potestatem M. Petro Chocquart, subdiacono Ambianensi, et M. Ludovico-Jacobo Roche-Desmarets Artium in Academiâ Parisiensi Magistris aperiendi hac in urbe Pædagogii sub Clientelâ Universitatis. /

4°. Ad diem hujus mensis 12um indictæ sunt generales Universitatis supplicationes.

Et ita concluset Amplissimus Rector. / D. Gigot Rector.

7a. dec. Die 7a. Decembris, horâ decimâ matutina, Amp. Rector et præd. artium facultas interfuit secundum consuetudinem solemni sacro de Spiritu Sancto, apud F. Prædicatores. /

Fourneau Un. Scriba. /

12. dec. Anno dni 1759, die duodecimâ decembris, habita sunt in Maturinensi Comitia generalia et supplicatoria Universitatis.

Primùm in angulo consessum est ubi unus et alter supplicavit pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii, scilicet, M. Ludovicus-Josephus façon Presbyter atrebatentis et M. N... cujus nomen et quinquennii formula mihi scribæ non fuere tradita. De iis retulit M. Guerin, syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rité confectum, cætera que instrumenta ad hunc supplicationem requisita, in quibus nihil deprehendisse vitii. Quo audito, placuit sua supplicibus postulata concedi./.

Itum est deinde in Comitium, ubi postquam laudes novi Sorbonicæ Domûs Provisoris, Illustrissimi Ecclesiæ Parisiensis Archi-Episcopi eleganter et copiosé prosecutus est amplissimus Rector; omnes Ordines Academici rata et grata habuerunt quæ gessit in suo Trimestri Magistratu, ei que litteras Commendatitias decrevere; amplissimum præterea Comitatum præbuerunt rité procedenti ad ædem Deo sacram sub invocatione S. Ursulæ in Sorbonâ, tùm eundo, tùm redeundo./.

Ibi Pontificem egit novus Sorbonæ Provisor. Prius autem quàm rem sacram faceret, amplissimus Rector syndicum et scribam misit suo et Universitatis nomine salutatum Illustrissimum Sacerdotem in sacrario vestes Pontificias induentem. Cætera ut in supplicationibus ordinariis acta sunt, nisi quod Rector ad offertorium obtulit nummum aureum; deinde quod nulla concio habita est, neque sacra ad populum, neque Eucharistica ad Illustrissimum Pontificem./.

17. dec. Anno dni 1759, die decimâ septimâ decembris, habita sunt Comitia generalia et Rectoria Præclaræ artium facultatis, in Maturinensi./.

Factâ supplicandi Licentiâ, supplicarunt Carolus-Alexander-Emmanuel de Crussol, clericus parisinus, ut immunis fieret ab onere scribendi, ob insignem pectoris infirmitatem, quam scripto testatur M. Lorry, Doctor medicus Parisiensis; pariter, Joannes-Claudius Revel de Letang, San-briocensis, ob oculorum imbecillitatem, testante M. Chomel, Salubrissimæ facultatis Ex-Decano, de Crussol Revel de letang.

Bestey.

de Marca

Beolin.

denique, Gerardus Bestey, hibernus, ob assiduum capitis dolorem, quem scripto testatur M. Cantuel, Doctor medicus Parisiensis; M. Gaspardus-Leonardus de Marca, auvythus Parisinus, ut in omnibus actis academicis nomen gentilitium quod scribitur per litteram Z reformetur; alexander-Jacobus Destin, Diaconus Tricassinus, ut ne sibi noceat quod in uno Logicorum omiserit cognomentum Jacobus.

Audito de Supplicibus M. Francisco-Nicolao-Guerin, Syndico, amplissimus Rector nationes dimisit ad deliberandum, de Supplicibus, de Quatuor-Viris, de ratihabitione eorum quæ gessit.

Quo regresso, per singulos procuratores retulerunt, se rata et grata habere quæ gessit amplissimus Rector, eique litteras commendatitias decernere, Supplicibus que indulgere; confirmatos à se Quatuor-Viros; in honorandâ natione Mgrum Guenée, Rhetoricæ Professorem in Plesseo; in fidelissimâ Mgrum Lhomond, Grammaticæ Professorem in Cardinalitio; in venerandâ, Mgrum alais, Baccalaureum Theologum; in constantissimâ Mgrum Kelly, Baccalaureum Theologum.

Quatuor-Viri, prævitio sacramento, Conclave subierunt, unde digressi per M. alais retulerunt se fasces Rectorios prorogavisse amplissimo Viro D. Gabrieli Gigot. Rectori. Quæ Prorogatio probata et confirmata fuit ab omnibus Nationibus./

Et ita Concluserit amplissimus Rector./

D. Gigot, Rector.

Index
Officiariorum, Consiliariorum et Clientium Universitatis per decursum anni 1759 receptorum

Procurator forensis

Die Tertia Februarii, Vir honestus de Courchant, ab Universitate nominatus ad officium Procuratoris Academici, apud Castelletum Parisiense, vacans per obitum Patris ejus, Sacramentum praestitit /

Pergamenarius

Die 16. Martii 1759, Gaspardus Claro, Cameracus, ab universitate nominatus est ad officium Pergamenarii Jurati, vacans per obitum, honesti viri Plet /

Scriptor.

Die 16. Martii, Joannes Petrus Willebert, ab Universitate nominatus est ad officium Scriptoris Jurati, vacans per liberam abdicationem honesti Viri Juliani Marini Mereau /

Librarii

Die 16. Martii, Sacramentum praestiterunt, novi Librarii à Mo Moreau, uno ex adjunctis rei Librariae praesentati

Nicolaus Dessain /

Dionysius Humblot /

Claudius Marinus Saugrain

Petrus Vallot La Chapelle /

Die 19. Junii, Sacramentum praestitit, ab uno ex adjunctis praesentatus Guillelmus De Bure

Magni Nuntii

Ex Natione Gallicana

Die 27. Januarii, honoranda Natio contulit Jacobo Racine, Civi Parisiensi, munus et officium Nuntii Jurati, pro Urbe Româ, vacans per liberam abdicationem Francisci Andry

Ex Natione Gallicanâ

Die 14 augusti, Jacobus-Firminus Laignet, pro diœcesi et Episcopatu Tarbiensi, per obitum Antonii Fouques/

Die primo decembris 1759, Petrus Ambrosius de La Forest d'Armaillie, pro diœcesi et Archi-Episcopatu Toletanensi, per obitum Petri Vignon/

Ex Natione Picardica

Die 14 augusti, Jacobus-Martinus Jollivet, pro diœcesi et Episcopatu Tungrensi per obitum-amabilis-Josephi Deschamps/

Die 11. Septembris, Joannes Baptista Lubin, pro diœcesi et Archi-Episcopatu Cameracensi, per obitum Joannis-Francisci Gaillaumon./

Ex Natione Germanicâ

Die 31. augusti, Joannes-Baptista Julianus Danicant Dannebault, pro diœcesi et Episcopatu Neustadiensi, per obitum Bernardi Garnier/

Die 7. Septembris, Joannes Touton, pro diœcesi et Episcopatu per obitum Joannis-Laurentii de Bierne/

Die 5. decembris, Nicolaus-Alexander de Noiretorre, pro diœcesi et Episcopatu ~~Lauzanensi~~ Wincestriensi, per obitum Guillelmi Chartier/

Eadem die Franciscus Le Fevre, pro diœcesi et Episcopatu Lauzanensi, per obitum Francisci Ferrer/

Eadem die Franciscus Daflos, pro diœcesi et Episcopatu Cortxiensi, per obitum Petri Vig[illegible]

Acta,
Commentarii et Conclusiones Universitatis Parisiensis per decursum anni millesimi septingentesimi-Sexagesimi.

5a Janu. Anno dni millesimo septingentesimo-Sexagesimo, die quintâ Januarii habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem, in Lexovæo. Sedebant nimirum ipse amplissimus Rector, M. Daniel Gigot; Deinde MM. Joannes Tamponnet, Theologiæ; Ludovicus de la Roche, Jurium, et Joannes-Baptista Boyer, Medicinæ Decani: MM. Jacobus Germain, Blasius Messier, Antonius-Franciscus Olivarius Dorne, et Josephus St. Joirre, Galliæ, Picardiæ, Normaniæ et Germaniæ Procuratores; M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico; Scribâ M. Guydone-Antonio Courneau: M. Paulo Hamelin, Quæstore generali./.

1o. Supplicarunt pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Franciscus Matthæus de Rupierre, Subdiaconus Sagiensis; Gilbertus Le Clerc de Thierry, Diaconus Suessionensis; et Petrus Longuet, Presbyter Sagiensis. de his retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rité confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil desiderari. Quo audito, Placuit, Sua præfatis Supplicibus postulata concedi./.

2o. Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./.

3o. Placuit accedi ad Causam D. Marchionis de Bellemare, nuntii Universitatis Jurati, câ conditione tamen, ut damnum, siquod sit, in se suscipiat./.

4o. Lectæ sunt Tabulæ Vectigalis Viritim impositi, iisque subscribi placuit./.

Et ita super his quatuor Capitibus, audito priùs super singulis Syndico conclusit amplissimus Rector./. D. Gigot Rector

12. Jan. Anno dni 1760, die duodecimâ Januarii, habita sunt Extra-ordinem Comitia Deputatorum Universitatis, in aulâ Majori Collegii Lexovæi./.

Ad hæc Comitia accessit D. Marchio de Dreux, Magnus Rituum Magister, funebri habitu, Comitantibus Scialibus Regiis, et Libitinariis præconibus. Qui quidem Marchio, cùm ad aulæ januam à quatuor Magistris excepta fuisset, Comitium ingressus in Sedili stratiato, in id parato, è regione Rectoris, consedit. Ibi pauca verba operto capite præfatus, Regias litteras protulit, quas ab ejus manu acceptas Scriba Universitatis tradidit amplissimo Rectori. Amplissimus Rector, lectâ prius inscriptione, eas statim Scribæ resignatas reddidit, ut legeret. Sequitur illarum tenor./.

Très chers et bien amés, ayant resolu de faire celebrer un Service Solemnel en l'Eglise Metropolitaine de notre bonne ville de Paris pour le repos de l'ame de feu notre frere et Cousin Le Roy d'Espagne, et de celle de feue notre Sœur et Cousine La Reine d'Espagne. Et comme nous desirons que cette Ceremonie se fasse avec toute la decence convenable, Nous Vous Mandons et Ordonnons de Vous y trouver en l'ordre accoutumé au jour et à l'heure que le grand maitre ou le maitre des Ceremonies vous dira de notre part. Si n'y faites faute, car tel est notre plaisir. donné a Versailles Le 5. Janvier 1760.

Signé Louis. — et plus bas. Phelippeaux.

Erat autem illarum inscriptio, à nos très chers et bien amés, Les Recteur, Docteurs, Regens et autres Suppots de Notre premiere et Ainée fille l'Université de notre bonne Ville de Paris./.

Posteà Magnus Rituum Magister innuit præconibus, quorum antiquior altâ voce dixit, Jurés Crieurs, faites vos Charges. Illi continuò campanulas, semel, iterum et tertiò magno strepitu pulsarunt, Tùm primus ille præco lugubri ac lentissimâ voce, Nobles et Scientifiques Personnes, priés Dieu pour l'ame de Très haut et très puissant Prince, Ferdinand VI. Roy d'Espagne, et de Très haute et très puissante Princesse, Marie de Portugal, Reine d'Espagne, Son Epouse; et statim verba eadem iteravit, omissis vocabulis — Nobles et. præcone ut priùs campanulas pulsarunt; tùm addidit, pour l'ame desquels l'on dira Lundi 14. du present mois, à trois heures de relevée, vespres et vigiles des Morts, et le lendemain sera celebré un Service Solemnel.

Magnus Rituum Magister indixit diem 15am hujus mensis et horam decimam matutinam.

Dixit amplissimus Rector Universitatem pro more suo —

Regis voluntati fore obsequentissimam. /.

Lectis litteris Regiis, et invitatione factâ, discessit Magnus Rituum Magister, quem abeuntem quatuor è Tribunali Magistri ad Currum reduxerunt, iidem qui venientem exceperant. /.

Digresso rituum magistro soluta sum Comitia. /. Fourneau
Un. Scriba.

15. Janu. Anno dni 1760, die decimâ-quintâ Januarii, horâ nonâ matutinâ congregati fuerunt amplissimus Rector, Deputati Universitatis Ordinarii, cum suis adjunctis, officiarii Majores, et omnes Apparitores. Inde, sumptis solemnioribus togis, ad Basilicam B. Mariæ processerunt. Ibi à Magno Rituum Magistro excepti sunt, campanulas pulsantibus juratis Præconibus; et ab eo deducti in sedes Universitati assignatas, nimirùm, in dextrâ Chori parte, secundùm Curiam Parlamenti. /.

Celebratum est sacrum solemne ad impetrandam æternam pacem animabus Serenissimi Hispaniarum Regis, Ferdinandi VI, et Serenissimæ earumdem Reginæ, Mariæ Bragantiæ. Pontificem egit Illustrissimus Parisiensium Archi-Episcopus D. Christophorus de Beaumont. Funebrem Orationem habuit Illustrissimus Vinciensis Episcopus D. Gabriel Franciscus Moreau. /. Fourneau
Un. Scriba.

28. Janu. Anno dni 1760, die Lunæ 28ª. januarii, amplissimus Rector et præclara artium facultas interfuerunt solemni sacro, quod ad memoriam D. Caroli-Magni, in æde navarricâ, celebrari solet, ex institutione M. Cæsaris Egasse Du Boulay, Universitatis, dum viveret, Scribæ. Orationem panegyricam habuit Mgr Stephanus Jaquin, humanitatis Professor in Marchiano, è Natione Gallicanâ. /.
Fourneau

30. et 31. Janu. Anno dni 1760, die trigesimâ Januarii, Majores Universitatis officiarii cereos pro more detulerunt minoribus magistratibus. /.

Die trigesimâ primâ amplissimus Rector, Decani, Procuratores, Majores Universitatis officiarii, cum adjunctis et apparitoribus cereos detulerunt Serenissimo Aurelianensium Duci, singulis singularum Curiarum Primipibus, et Illustrissimo Archi-Episcopo Parisiensi. /.

1. Febru. Die primâ Februarii, amplissimus Rector eodem comitatu Versalias se contulit; ibique cereos Regi, Reginæ, Serenissimo Delphino, Serenissimæ Delphinæ, Serenissimo Burgundiæ Duci, et Illustrissimo Franciæ Cancellario detulit. Ubique amplis. Rector, et Orationum, quas habuit, elegantiâ, et pronunciandi dignitate, Universitatis Deum et gloriam egregiè sustinuit. /. Fourneau Univ. Scriba. /.

3. feb. Anno dni 1760, die tertiâ Februarii, Amplissimus Rector, et præclara artium facultas interfuerunt solemni sacro quod fit pro Magistris academicis vitâ functis, apud Prædicatores./

Fourneau
Univ. scriba.

9a. febru. Anno dni 1760, habita sunt extra-ordinem Comitia Deputatorum Universitatis, horâ decimâ matutinâ, ajo Bulâ majori Collegii Mazarinæi, in quod Amplissimus Rector nuperrimè transiit, Philosophiam professurus; ad excipiendum Magnum Rituum Magistrum D. Marchionem de Dreux. Ibi omnia eodem ritu et apparatu acta sunt, quo die 12a Januarii proximè elapsi;

Rituum magister indixit diem 12am hujus mensis, et horam decimam matutinam, quâ Universitas præsentem se sistat apud Basilicam B. Mariæ, ubi celebrabitur solemne sacrum ad obtinendam æternam pacem animæ serenissimæ Principis Mariæ Borboniæ, Parmensium Ducissæ./

Fourneau
Univ. scriba.

19 febr. Anno dni 1760, die eadem nonâ Februarii, horâ post meridiem primâ, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplis. Rectorem, in Mazarinæo.

1o. Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Joannes-Baptista Carolus Cagnyé, Presbyter Ambianensis; Stephanus Le Roux, Diaconus Rothomagensis; Jacobus Versey, Presbyter æduensis; Mauritius Ferris, Presbyter Kerriensis, in hiberniâ. De his retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rité confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Quo audito, sua placuit præfatis supplicibus postulata concedi./

2o. Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./

3o. Quod verba fecit Amplissimus Rector, venisse ad se ante paucos dies f. Duboc, Doctorem Theologum, Collegii Præmonstratensis in Universitate Parisiensi fundati Primarium ac priorem, cumque dixisse, sibi mandatum à Venerabili Præmonstratensis ordinis Superiore Generali f. de Parchape de Vinay è dicto Collegio exire, vacuumque successori jam designato locum relinquere. Non eo sanè esse animo Universitatem, ut suos, si forte

peccaverint, punirí nolit; ipsam verò graue damnum esse passuram, si magistri academici sine ullâ judicii formâ de suo statu dejici=antur. Auditus eâ de re M. Guerin, Syndicus, dixit, non hodie primùm contingere, ut Præmonstratentium Superiores-Generales dominium=atum in Primarios dicti Collegii ad arbitrium exercerent, ut Primarii ab eorum sententiis ad Supremum Senatum provocent, ut Primarii iidem de sede suâ insolitâ viâ dimoti, unde dejecti fuerant eâ cognitâ causâ restituantur, postquàm ad eorum causam accessit alma Facultarium et Regularium Sarens. Itaque, pro re academicâ nihil morari se quominus suum fr Dubois postulatam concedatur. Audito Syndico, rogatis dictis que sententiis, Visum est, Universitatem in causam F. Dubois, Doctoris Theologi, Collegii Præmonstratensis Primarii ac Prioris, nullâ præhabitâ judicii formâ de Primatu suo dejecti descendere, ita ut ille, quod moris est, damnum, si quod sit, in se suscipiat./.

4° Quod dicit amplissimus Rector data fuisse à Rectore Universitatis Remensis litteras, quibus nuntiat, concessam Viris Academicis Remensibus immunitatem à Vectigali plebeio, novæ declarationis occasione attentari: nunc verò nominatos esse Viros Clarissimos, MM. Le Batteux et Fourneaux, Ecclesiæ Remensis Canonicos, Parisiis commorantes, qui dictam immunitatem apud Illust. Erarii Præfectum, ceteros que Regni administros, quorum è re fuerit, tueantur et defendant, si modo filiæ suæ Primogenitæ annuas alma Studiorum Mater Universitas Parisiensis. Lectâ Viri amplissimi Epistolâ, Ego tam meo quàm M. Le Batteux Nomine supplicavi, ut propter antiquam necessitudinem quæ inter Academiam Parisiensem et Remensem intercedit postulationi Rectoris Remensis Tribunal academicum annueret. Auditus eâ de re M. Guerin, Syndicus, dixit; Cùm certiora sint et ampliora Universitatis Parisiensis quàm Remensis aliarumve Universitatum Privilegia, certiorem quoque et faciliorem esse eorum nostrorum defensionem. Itaque, hac in causâ, eum esse instituendum defensionum ordinem, ut Universitatis Parisiensis immunitas à Vectigali Plebeio primo loco defendatur, nullâ factâ Remensis Universitatis mentione; deinde, si rem obtinuerit Universitas Parisiensis, aliis Universitatibus opem et operam non esse denegandas. Audito Syndico, Placuit Remensibus opem non ferri, nisi postquam Academia Parisiensis immunitatem illam sibi primitùs concessam sartam tectam que habuerit./.

5° Nominati sunt MM. Samponet, Sacræ facultatis Decanus, Paulus Hamelin, Quæstor-generalis, et Ego Scriba, qui Decretum Tribunalis Academici latum die 4ª Februarii 1741., apud FF. Minoritas neglectum et minimè observatum, tertante M. Boyer, Medicinæ Decano, expendamus; ac de eo ad proximum Tribunal referamus./.

Et rita super his quinque capitibus, audito priùs super singulis meritissimo Syndico concluserit amplus Rector./. D. Gigot Rector.

12. Februar

Die duodecimâ Februarii, Solenne Sacrum, Regis Jussu, peractum est in Basilicâ B. Mariæ ad obtinendam æternam pacem animæ Serenissimæ Principis, Mariæ Borbonicæ Parmensium Ducissæ. Cui Sacro interfuit de More Universitas, solito ritu et apparatu. Pontificem egit Illustrissimus Archi-Episcopus Parisiensis D. de Beaumont: Orationem funebrem habuit antiquus Episcopus Trecensis D. Poncet de la Riviere./.

Fourneau
Un. Scriba

16 Febr.

Anno dni 1760, die decimâ sextâ Februarii, habita sunt extra-ordinem Comitia Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Mazarinæo; in quibus M. le Fevre, tenuit Locum Decani Theologiæ et M. Thomassin Decani Jurium absentis./.

Amplissimus Rector dixit hæc Comitia à se fuisse extra-ordinem convocata, ita postulante et requirente M. Jo. Joivre, Germanicæ Nationis Procuratore; ex ipso audituros quid afferat. Ille; Ex ordine ab Universitate instituto recurrere suæ Nationis vices in jure designandi ad Beneficia academiæ Majora; Curionatum SS. Cosmæ et Damiani in hac civitate vacare per obitum V. Clar. M. Christophori Bellot, ultimi illius possessoris Pacifici: inde exortam esse controversiam inter duas Tribus, Continentium et Insularium, quibus constat Natio Germanica, cujusnam Tribus scilicet vices recurrant præsentandi ad dictum Curionatum; Constantissimam Nationem rem Tribunalis Academici judicio permittere, atque in hanc causam convocata esse extra-ordinem Deputatorum Comitia, se requirente.

Quo audito M. Guerin, Syndicus, dixit se unum esse è Germanicæ Nationis Tribulibus; adeoque rogatum à se amplissimum Rectorem, ut unum è Viris academicis designare vellet, qui hæc in causâ Syndici vices gerat; Nominatum verò fuisse M. Paulum Hamelin, antiquum Rectorem, et Quæstorem generalem.

Quæ designatio cùm fuisset ab omnibus Deputatis approbata et confirmata: Tum M. Paulus Hamelin, Syndici-vices gerens, dixit, sibi ab Universitatis Scribâ inter Manus traditum fuisse instrumentum è Commentariis Universitatis ab ea extractum, quo habentur Decretum à Tribunali Academico Latum de præsenti negotio anno 1635. 2° Conclusiones in re Simili Latæ anno 1667. 3° Sententia Tribunalis Academici Latâ de eodem Curionatu anno 1686. Ex his porro Constare; exortam fuisse similem præsenti Controversiam anno 1635, inter Continentium et Insularium Tribum de Curionatu SS. Cosmæ et Damiani, eamque à Tribunali academico sic judicatam fuisse, ut, cùm insulares ex unâ parte nullas servandas esse vices contenderent

inter utramque tribum, sed presentationes ad Beneficia Universitatis esse ad pluralitatem suffragiorum in communi decernendas, ut sit in aliis ordinibus academicis; Continentes verò ex alterâ parte defendebant, Beneficia alternis vicibus et separatim ab utrâque tribu presentationem pertin esse nominanda; Dictum sit, ut in posterum Utraque Tribus alternis nominet seu præsentet ad Sacerdotia seu Beneficia Ecclesiastica; Deinde, cùm anno 1687 recurrerent vices Tribûs Continentium ex Decreto precedenti, nihilominùs Insularium unum ab ipsis fuisse nominatum ad prædictum Sacerdotium, et reclamatum contrà nominationem à Continentium Tribu factam; demùm anno 1686 similes excitatas fuisse turbas; undè ré ad Tribunal Academicum delatâ, dictum est, duas Germanicæ Nationis Tribus non separatim sed alternis vicibus nominavisse ad Beneficia. Quæ cùm ita sint, nullam eorum habendam esse rationem, quæ in nominatione Beneficiorum ante annum 1687. apud Constantissimam nationem acta sunt; quo anno, Latum est à Supremi Senatûs autoritate confirmatum Statutum illud, quod Legitur cap.° 2.° art. 12.°, cujus tenor — Sicet Utraque Tribus alternis vicibus ad Beneficia Universitatis Præsentato; Itaque pro suo munere Syndici requirerent 1.° ut inter utramque Tribum serventur vices. 2.° cùm nullum ab anno 1687. vacaverit Beneficium à majoribus, cujus designatio pertineret ad Constantissimum Ordinem, Declaretur illius Tribus præsentes esse vices, quæ primum Locum tenet. 3.° Cùm ex art.° 11.° cap. 11. præd. Statutorum, et ex Decreto anni 1636. Supra memorato constare videatur, hanc prærogativam ad Tribum Continentium pertinere, ipsi turnus adjudicetur. Audito M. Paulo Ramelin, Syndici vices gerente, Lectis, Decreto anni 1636, Conclusionibus anni 1667. et 1686; postquam Contendentes à Comitio discesserunt, scilicet, ex parte Continentium MM. Ste Foirre, et Guerin, alter Germanicæ nationis Procurator, alter Universitatis Syndicus; ex parte verò Insularium, MM. Macdonocg. Meagher et Geoghegan de Amplissimus Rector Rogavit sententias; Tùm, revocatis in Comitium — Contendentibus, Dictum est, Continentium præsentes esse vices, proximas Insularium fore./.

Et ita concluxit amplis. Rector./. D. Gigot Rector

27. Feb. Anno dni 1760, die vigesimâ-Primâ Februarii, habita sunt extraordinaria Comitia Deputatorum Universitatis, in Maturinensi.

Amplissimus Rector dixit, hæc Comitia à se fuisse convocata, iterùm requirente ac postulante Germanicæ nationis Procuratore; ea ipso audituros quid afferat.

Tùm Ornatissimus Constantissimi ordinis Procurator dixit, ex conclusione à Tribunali academico Latâ die 16.° hujus mensis congregatam à se fuisse die Lunæ 18.° Continentium Tribum, cujus recurrebant vices: Illam

verò designasse per Universitatem nominandum et praesentandum Mgrum Joannem franciscum La Roue, Presbyterum Parisinum, Sacrae facultatis Parisiensis Doctorem Theologum, è natione Gallicanâ, Loco M. Christophori Bellot, Licentiati Theologi, ultimi Curionatus SS. Cosmae et Damiani in hac Civitate possessoris pacifici, fato functi. Cumque praedictus Ornatissimus Procurator legisset hujus designationis Decretum ab ipso subscriptum, ac deinde scribae Universitatis tradidisset, postulavit ut consequenter praed. Mgr La Roue admitteretur, et ad praedictum Curionatum admitteretur.

Audito M. Francisco Nicolao Guerin, syndico; visâ conclusione facta die sextâ Julii 1743., quâ constat ultimam designationem in Ordine Majorum Beneficiorum factam fuisse à Venerandâ Normanorum Natione, ac proinde jus designandi in eodem Beneficiorum Ordine pertinere ad Constantissimam Germanorum nationem; visâ pariter Conclusione latâ die 16ª hujus mensis, quâ constat vices tribus Continentium recurrere; Rogatis, dictisque sententiis, unanimi consensu, Placuit M. Joan. franciscum de la Roue, Doctorem Theologum, è natione Gallicanâ, à Tribu Continentium in Germanicâ Natione designatum, ad Curionatum SSorum Cosmae et Damiani in hac Civitate vacantem per obitum M. Christophori Bellot, ultimi illius possessoris pacifici ab Universitate nominari et praesentari. /.

Elita conclusit ampl. Rector. /. D. Gigot Rector.

Protinùs M. Joan. francis. de la Roue, Solitum Sacramentum praestitit inter manus amplissimi Rectoris. Et statim soluta sunt Comitia. /.

1. Mart. Anno dni 1760, die primâ Martii habita sunt Comitia Ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Mazarinaeo. /. Primùm adfuit M. . . . Crassous, novus Juriunt Decanus. /.

1º Supplicarunt pro litteris nominationis, jure Magisterii artium, et quinquennii MM. Julianus Ludovicus Thommeret, Presbyter Cenomanensis; Martinus de la Rochette, Presbyter Castrensis; Claudius Le Monnier, ... Guydo franciscus fleury, Presbyter abrincensis; Petrus Ludovicus Renatus Lange, Subdiaconus Ambianensis; franciscus Remigius Sculier, Subdiaconus ambianus de la Barthe

De his retulit M. Guerin, syndicus, ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia; quibus constat de Legitimo studii tempore ab iis rité confecto, caeteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus omnibus nihil se deprehendisse vitii. Quo audito, Placuit, sua praefatis supplicibus postulata concedi. /.

2º Lecta et recognita sunt, quae fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta. /.

3° Supplicavit pro licentiâ aperiendi hac in urbe Pædagogii sub Clientelâ Universitatis, M. Gilbertus Imbert, Claromontensis, in artibus Magister. Nominati sunt M. Germain, Galliæ Procurator, et M. Hamelin, Quæstor Generalis, qui de supplicis vitâ, moribus, et peritiâ inquirant./.

4° Ad diem hujusce mensis 14am indictæ sunt generales Universitatis Supplicationes.

5° Quod dictum est nullis precibus aut comminationibus adduci potuisse FS. Minoritarum Præfectum, ut debitum Decreto Universitatis lato pridie nonas februarii anni 1741 obsequium præstaret; eo scilicet prætextu renitentem, quod Decretum præd. ad Regulares non pertineat. Audito syndico, Placuit rem ad proxima Comitia remitti.

Et ita super his quinque Capitibus, audito prius super singulis meritissimo Syndico conclusit Amplissimus Rector./. D. Gigot Rector.

4a Mart. Anno dni 1760. die quartâ Martii, nimirum feriâ tertiâ secundæ hebdomadæ Quadragesimalis, horâ septimâ matutinâ, habita sunt in Maturinensi Comitia generalia ad aperiendum nominationum rotulum, pro more antiquo.

Postulante ac requirente M. Francisco Nicolao Guerin, syndico, Placuit nominationum rotulum in hunc annum aperiri./.

Et ita conclusit Amplissimus Rector./. D. Gigot Rector.

14a Mart. Anno dni 1760, die decimâ quartâ Martii, habitas sunt Comitia generalia et Centuriata in Maturinensi, ad Sacras Universitatis Supplicationes.

Primum in angulo consessum est, ubi supplicarunt pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et Quinquennii, MM Franciscus Symphorianus Gigot, Presbyter Senonensis, et Petrus ô Brenan, Presbyter Suessionensis. De his retulit M. Guerin, syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum Litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt testimonia, quibus constat legitimum studii tempus ab iis fuisse rite confectum, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Quo audito, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi./.

Sacramentum inter manus ampl. Rectoris præstitit antonius Mathurinus Woursthourn, Presbyter Parisinus, nonus Theologicæ facultatis apparitor, Loco M. herislant./.

Itum est deinde in Comitium, ubi Amplissimus Rector, postquam pro more peroravit, postulavit acta sua approbari. Omnes academici ordines rata et grata habuerunt quæcumque gessit, ei que litteras commendatitias decrevere; amplum insuper præbuerunt Comitatum rite procedenti ad ædem Deo sacram sub invocatione S. Sebastiani, in Collegio Lexoviæo./.

Ibi Pontificem egit M. Seigneur, Doctor Theologus, è Societate Sorbonicâ, Collegii Primarius. Concionem habuit ad populum M. Sepher, Doctor itidem Theologus: Eucharisticam verò M. Guillot, Grammaticæ Professor in Mazarinæo./.

24. Mart. Anno Dni 1760., die vigesimâ-quartâ Martii, habita sunt Comitia gnalia præclaræ artium facultatis, in Mathurinensi.

Post habitam ab Amplissimo Rectore orationem, cum facta esset supplicandi potestas, supplicarunt Joannes-Marcus-Gabriel ~~Mazeus~~, Clericus Remus, ut nominum ordo restituatur; Joannes Pillet, Clericus Arelatensis, ut ne sibi noceat quod omiserit, Clericus; Franciscus-Ludovicus Rozé, Clericus Parisinus, ut omissum in priore logicorum nomen restituatur; Joannes-~~Jan~~ Montallier, Sanctonus, ut ne sibi noceat, quòd tres menses in Logicis confecerit in physicâ conficiendos; Claudius dubois de Jonchery, clericus Catalaunus, ut biennium in academiâ Remensi confectum pro uno anno sibi imputetur; Franciscus Magnien, æduensis, ut immunis fiat ab onere scribendi codices philosophicos, ob pectoris infirmitatem, quam scripto testatur M. Bidault Doctor medicus Parisiensis; Laurentius Griffin, hybernus, ob infirmam valetudinem, testante M. Cantwel, Doctore medico-Parisiensi: Antonius Lorgnier, subdiaconus Boloniensis, propter oculorum infirmitatem, quam testatur M. Meunier, Doctor medicus Parisiensis; Augustinus Herpelle, Presbyter Atrebatensis, ob oculorum debilitatem, testante M. Haté, Doctore medico Parisiensi: Nicolaus Claudius Robin de la Voisiniere, propter pectoris et oculorum imbecillitatem, quam scripto testatur M. Mery, Doctor medicus Parisiensis./.

~~Mazeus~~ Gabriel
Pillet
Rozé
Montallier
de Jonchery
Magnien
Griffin
Lorgnier
Herpelle
Robin de la Voisiniere

Audito M. Guerin, Syndico, de supplicibus referente, amplissimus Rector dimisit nationes ad deliberandum de supplicibus, de Quatuor-Virorum confirmatione, de rati-habitione eorum quæ gessit./.

Nationes regressæ per singulos procuratores retulerunt: 1° se supplicibus indulgere, eâ tamen conditione, ut qui deinceps pro immunitate ab onere scribendi supplicaturi sunt, eam non obtineant, nisi ab eâ die quâ supplicationem habebant. 2° rata et grata habere, quæcumque gessit amplissimus Rector, in suo trimestri magistratu. 3° confirmatos à se Quatuor-Viros manè electos; scilicet, in honorandâ Natione Mgrum de Fresnay, Baccalaureum Theologum; in fidelissimâ, M. de Turmines,

Baccalaureum Theologum; in Venerandâ, M. Maupas, Grammaticæ Professorem in Lexovæo; in Constantissimâ M. Genêt, Licentiatum Theologum. Insuper postularunt, ut sineret amplissimus Rector, hodiernam suam orationem in Commentariis Universitatis describi./.

Quatuor Viri, dicto priùs solemni Sacramento, Conclave ingressi sunt, unde digressi per Mgrum Maupas retulerunt, se fasces Rectorios prorogasse amplissimo viro D. Danieli Gigot, Rectori. Quæ prorogatio ab omnibus Nationibus approbata fuit et confirmata. Et ita conclusit amplissimus Rector./

D. Gigot Rector.

Sequitur Oratio amplissimi Rectoris.

Postulat officii nostri ratio, à quâ ne latum quidem unguem recedere religioni ducimus, ut quæ in nostro trimestri magistratu gesta sunt, vobis referamus. Ubi primùm Vestra ~~magis~~ mihi contulit Benevolentia singularis, id spopondi, neque promissi immemorem me ulla dies arguet, futurum ut quidquid gravioris acciderit momenti, illud palam facerem, vestramque eâ de re sententiam et prudentiam interrogarem./.

Illud porro intervallum multiplici dispunctum est Negotiorum varietate. Ut vitam omnem, sic Trimestre illud spatium miscuere spes et metus, dolores et gaudia. Scilicet in hoc procelloso et ancipiti rerum articulo, quæ civium omnium fortunas vulneravit temporum calamitas, ea quoque ad academiæ patrimonium pertinuit. Unum autem nos sustentat et solatur, quod nobis conscii simus, nos neque labori neque industriæ ulli pepercisse, ut res vestras fideliter et strenuè procuraremus, et, quantum fas esset, extrà omnem periculi aleam constitueremus. Quid detrimenti perpessa sit Universitas primùm expinam, tùm quæ mala feliciter averterit, quæ nos recreet spes et erigat expediam./.

Octo-decim menses sunt, Cùm Vicesimani Vectigalis redemptor ab Universitate repetit Censualium obventionum nostrarum vigesimam partem. Eâ de re libellum adornavit memorialem plenum et roboris et Elegantiæ Quæstor Generalis, ut fidelissimus ita sagacissimus. Jactata lis et agitata diu fuit, nec quidquam omissum, ut in tuto nostra commoda conquiescerent. Regio tamen Ærarii Concilio visum aliter est, sancitumque, eandem fore Universitatis conditionem de Censualibus obventionibus, quæ nunc est omnium quicumque toto qua qua patet Regno Dominium habent. Ne quid autem

inexperti intentari ve relinqueremus, Patronos Universitatis ad Comitia vocavimus, ab iis Sciscitaturi quidnam remedii Superesse ipsis videretur, à quibus unanimi voce responsum est, nullam Juri patere viam./. At quid opis a favore Expectandum, ubi dura cogit necessitas./.

Nostra etiam reputabitur inter infortunia Serenissimæ Principis Condeæ Luctuosum funus. Illa junctis virtutum charitumque manibus quasi effor-mata Rohannæorum gentem, quibus illam secernere amamus nostram, nostram etiam benevolentiâ quâ Nos redamans complectitur, gentem Mag-narum animarum feracem, aulæ pariter et Urbi, summis et imis acceptam, pulcherrimo virtutum suarum Splendore illustrabat. Laudabunt illam opera ejus, pauperes quos benè prodiga sublevabat, Relligio quam factis et exemplis promovebat, humanitas ipsa quam suâ exornabat bene-ficentiâ; terris eheu! deliciæ breves adempta, sed dudum cœlo matura./.

Hactenus Trista, Proceres, jam lætior rerum facies frontem exhilaret. Ubi primùm rumor permanavit edicta illa procedi, quæ nunc obtinent, novumque rerum ordinem ad Succurrendum Laboranti Galliæ concipi, moxque pari-endum esse; protinus per litteras mollissima fandi tempora à Supremo rei ærariæ administro captavimus; quæ cum is procrastinare videretur, iterum scripsimus et breviter adumbravimus quæ nobis essent formidolosa, eundem enixe precati, ut pro suâ benignitate, suoque cum litteris consortio provideret ne quid detrimenti caperet bonarum artium parens Universitas; Verebamur enim ne jura nostra in discrimen adducerentur recenti systemate; nimirum, ægre, ut nostis omnes, gradum revocat autoritas summa!

Ad Nos honorificas humanissimasque rescripsit litteras Vir Illustrissimus, quibus certiores se ex iis tribus quæ rogabamus, unum ad D. Dormessum, altera duo ad D. de Beaumont, utrumque rei ærariæ Præfectum. De Tributo Plebeio, (gallicè La taille), quod nobis antiquo jure condonari postulabamus, nihil fausti primum ominari dederat D Dormesson: Verum assiduitate, præcipuè verò tenuitatis fructus illius quem rex esset inde percepturus consideratione adductus est, ut consilia in melius referret, et spe jucundissimâ ac propè certâ nos recrearet. Neque aliter de se Sperare jubebat gens illa Litterarum amans, cujus liberoæ ad omnem virtutis et Doctrinæ rationem sic instruxit Universitas, ut paternum pectus dulcissimâ perfunderent Lætitiâ, omnibus que essent in deliciis et in amore./.

Verùm Supra id quod dici ac cogitari potest nos fovit atque operam nobis suam commodavit Vir Clar. D. Moreau de Beaumont, vir ad omnem humanitatis rationem compositus, eâ urbanitatis et morum suavitate quæ verè Gallica dici potest instructus, et visu facilis et omnibus dictu affabilis. Quod caput rei erat, cito perficit ut Regio Sanciretur Concilio, Regis optimi mentem neutiquam fuisse ulla ex parte imminuendi juris quod Rector Universitatis Parisiensis

in rem pergamenariam obtinet, unde Pergamenarii causâ cecidere expensis mulctati, ac provisoriè tenentur Rectori solvere illud vectigal, quod rebelles et ingrati pensitare recusabant. Quod autem Spectas jus nostrum in 28am partem reditûs ex conductione publicorum Nuntiatuum proficiscentis, idem D. de Beaumont, cujus arbitrio permittebatur nostra postulatio, affirmavit nihil nobis periculi ex novâ quæ inducta est, fiduciariæ administrationis formâ esse metuendum: eò illam spectare, ut proximæ Locationis post duos et aliquanto amplius annos faciendæ certius ac prudentius definirentur conditiones. Quem pœnes erunt tunc temporis Rectorii fasces, is prò suâ industriâ allaboret ad extremam manum huic operi cujus prima tantum inchoavimus Lineamenta imponendam.

Apud bonos Omnes sui desiderium reliquit demortuus nuper Vigil. Pastor Ecclesiæ SS. Cosmæ et Damiani: Vir in quo spirabat illa morum integritas, illa simplicitas fuit nescia, quam ex academiæ Nostræ fontibus hauserat; qui omnibus officiis perfunctus quæ operarium exhibent, ut ait Scriptura, inconfusibilem, Luculento fuit exemplo almam Studiorum Universitatem, ut magistros qui ad omnem Doctrinæ et honestatis formam Juventutem effingant, numerare potest benè multos; sic eandem non semel proferre Pastores, qui divino pleni Numine Religionem moribus et scientiâ tueantur et exornent./.

Jus designandi pertinebat ad Constantissimam Germanorum Nationem, quæ cum in duas tribus dividatur, Utram electio maneret primùm ambigebatur. Placidum illi ad nos controversiam pro suâ prudentiâ retulerunt: vicit enim in omnium animis amor ille pacis et concordiæ quâ nullum in rebus humanis præstantius bonum est, neque fas esset tantâ laude quam sibi dudum consecutus est Constantissimum Ordinem defraudari. Res omni curâ et solertiâ publicè discussa fuit: Vetusta replicavimus monumenta, unde lux affulgere posset dirimendæ controversiæ et ad autographum diligenter contulimus. Sapienter et appositè fidelissimus Quæstor qui meritissimi Syndici partes et personam agebat disseruit; Causâ Cognitâ, remotis partibus Contendentibus, negotium in deliberationem missum ita consensu suffragiorum unanimi definitum est, ut vel ipsi qui vincebantur severitatem examinis et causæ æquitatem calculo suo comprobaverint./.

Quem nobis designavit Continentium Tribus elegimus et nominavimus V. C. M. Joannem-Franciscum de La Roue, Sacræ Facultatis Parisiensis Doctorem è gremio honorandæ Nationis. Solitum academiæ Sacramentum præstitit, futurumque confidimus, quæ est ejus indoles, virtus et disciplinæ Studium, ut accepti ab Universitate Beneficii dignum et memorem se præbeat, et Christo Pastorum Principi acceptissimum. Hæc jam augurari in promptu habemus, vel ex illâ Oratione quam primam apud suos habuit

tenerrimis affectibus plenam, plenam et dignitatis, unde vix credibile quantum suorum sibi animos devinxerit, omniumque favorem conciliaverit et benevolentiam./.

Superest ut quae gesta sunt, ubi vestra omnium vota ad Regale solium detulimus, paucis exponamus - Quam Regi Augustissimo, Reginae, totique Regali Prosapiae gratiosa esset universitas compertum nobis est experientiâ; quàm amicâ manu, serenâ fronte Princeps Optimus exceperit oblatum à nobis cereum, quàm dulci aspectu majestatem benè temperans nostrae fidei, amoris et obsequii testimonio Laetum se exhibuerit, soli qui testes fuerint et intelligere et commemorare possunt. Jussit nos vobis renuntiare se suam usque Universitati tutelam impertiri; se memorem testatus est Serenissimus Delphinus; plenum se existimationis et benevolentiae Serenissimus Burgundiae Dux. Apud se nos benè audire et esse in pretio, omnes et aulae et Themidis proceres significaverunt.

Quae Illustrissimo Senatûs Principi fausta apprecati et feliciter ominati fueramus, ut paternam virtutem et majorum decora apud nepotes nostros filius repraesentaret, id incredibili omnium gaudio consecutus est summus ille Magistratus, qui immensas quibus circumfluit opes, non ad luxum convertit et otium, non ad inanem ocularum pompam, sed ad munus honorificum idemque laboriosum cum dignitate et amplitudine sustinendam. Longissimâ morâ et suspensâ diu expectatione desideria paterna exploraverat prius et accurat omnipotens. At, Ecce domus Regibus suis addicta, patriae amans et ipsi vicissim Charissima, cui luctuosum illud quod harlaeorum, Thuanorum, Memmiorum domos, pretiosa Galliae et Justitiae nomina, extinxit, fatum imminebat, masculâ sobole praeter spem ornatam se videt ac subnixam. In magnâ et bonorum omnium et Senatûs - Parisiensis exultatione, ut ejus Principi nostri Studiosissimo gestientis animi motus, gratosque ac memores sensus promeret Universitas, tùm etiam ut disceret Juventus fidei nostrae commissa, quae sit reverentia Viris illis debita, qui leges firmissimum imperiorum societatumque columen tuentur et sacrum veluti depositum servant, Scholas feriari voluimus die solido; quam quidem veniam cautè et sapienter usque dispensandam, ibi verò tam apposité tam convenienter concessam nemo bonus vehementer non probavit./.

5ª. Aprilis

Anno dni 1760, die quintâ aprilis, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis apud amplissimum Rectorem, in Mazarinaeo. Quibus in Comitiis primùm interfuere MM. Antonius Hebert, et Andreas Meagher, novi Normaniae et Germaniae nationum Procuratores./.

Ad hæc Comitia vocati sunt Forenses Universitatis Consiliarii — Mtri Gillet, Simon, La monnoye et Lambon, in Supremo Senatu advocati; qui omnes adfuerunt præter Mgrum Simon, morbo excusatum./.

1° Supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii M. Guillelmus Renatus Baffow, Diœcesis Blesensis. De eo retulit M. Guerin, Syndicus, audivit se vidisse tum ejus litteras Magisterii, tum Professorum, quos audivit, testimonia quibus constat de legitimo studii tempore rite peracto, cæteraque instrumenta ad hanc Supplicationem requisita, in quibus nihil deinderari, audito Syndico, Placuit suæ Supplici præfato postulata concedi./.

2° Lecta et recognita sunt quæ fuerant superioribus in Comitiis acta et statuta./.

3° Auditâ relatione Ornatissimi Gallici Procuratoris, et Integerrimi Quæstoris de moribus et industriâ M. Imbert; audito M. Le Comte Pædagogiarum Academicarum Procuratore, seu agente: audito M. Guerin Syndico; Placuit fieri potestatem M. Gilberto Imbert, Claromontensi, in artibus Magistro aperiendi suæ in urbe Pædagogii sub clientelâ Universitatis.

4° Auditâ relatione M. Tamponet, Theologicæ Decani, M. Sourneau, Scribæ, et M. Basnelin, Quæstoris, de decreto latô pridiè nonas Februarii anni 1741., Placuit fieri Decretum, quod sequitur./.

Decretum Universitatis.

Scribendo adfuerunt Rector, Decani, Procuratores, —
Tribunal academicum, in Mazarineo,
nonis Aprilibus, anno M. dcc. lx.

Quod dixit vir Clarissimus M. Joannes-Baptista Boyer, Saluberrimæ Facultatis Decanus, anno 1741. latum esse ab Academico Tribunali Decretum, quo sub pœnis academicis vetantur Gymnasiarchæ et Præfecti tum Collegiorum, tum Pædagogiorum quorumcumque, in quibus Scholares Academici alantur et instituantur, ne in suis Collegiis Pædagogiisve quemquam assumant in medicum, si quem habent, ordinarium, nisi qui sit in Saluberrimâ Facultate Parisiensi Doctor medicus; atque omninò, ne ad Scholarium academicorum curationem ullos alios Medicos, præterquam Parisienses, aut eos quibuscum Parisienses consulere consueverunt, adhiberi patiantur. Hoc porrò Decretum, majorum institutis et gravissimis præterea justitiæ momentis innixum,

à nonnullis Domorum Academicarum Præfectis ab aliquo tempore præfe=
=cuté violari, eo scilicet prætextu, quod in eo Domus academicæ, quas
Regulares vocant, diserté non exprimantur; itaque cum leges interpretari
eorumdem sit, qui tulerunt, rogare se Saluberrimæ facultatis jussu et
nomine, uti velit pronuntiare Tribunal Academicum, utrum Domus Aca=
=demicæ, quas Regulares vocant, prædicto anni 1741 Decreto, ipsæ
etiam, nec ne, teneantur.

Missa in deliberationem ab amplissimo Rectore sapientissimi
Decani postulatione, dixit Meritissimus Syndicus; Rem haud ambiguam,
neque operosæ disceptationis consuli; Cum enim in ferendo anni 1741
Decreto duo sibi proposuerit Universitas, suorum Scholarium curam, et
Saluberrimæ facultatis conjunctam cum suâ dignitatem, patere, hanc
fuisse illius mentem, ut ad singulas universasque Domos, quæ in suâ
ditione censentur, quocumque illæ nomine sint, sui illius Decreti præscripta
pertinerent. Neque hoc perspicuum modo et manifestum esse, verùm etiam
æquitati et juri, ut aiunt, naturali quam maximè consentaneum; sive
spectetur prima Decreti pars, ne quemquam assumant in Medicum, siquem
habent, Ordinarium, nisi qui sit in Saluberrimâ Facultate Parisiensi
Doctor Medicus: Cur enim eam suorum Scholarium curationem extraneis
potiùs commissuram esse quam suis, quorum peritiam non uno examine
sæpius ipsa perspexerit; sive spectetur ejusdem Decreti pars altera,
atque omninò ne ad Scholarium Academicorum Curationem ullos alios Medicos
præterquàm Parisienses, aut eos quibuscum Parisienses consulere consueverunt,
adhiberi patiantur; cùm ex illius partis violatione, præter memorata in
ipso Decreto incommoda, hoc etiam suis Scholaribus impendeat periculi,
ut quoties in graviorem aliquem morbum inciderint, iis omni Medicorum
Parisiensium consilio et auxilio carere necesse sit. Jam quod spectat ad
Dignitatem, neminem non intelligere graviter Lædi Saluberrimæ Facul=
=tatis decus, si in iis ipsis Domibus, quæ Academicarum nomine gloriantur,
Doctores Academici repulsam patiantur, admissis interim in eorum locum
hominibus, quibus satis profectò concedi, quod artem suam in cæteris Civitatis
partibus exerceant, nedum Viris Academicis raptum eant ipsam Univers=
=itatis ditionem. At illis fortasse ignoscendum, qui nullo in Universitatem
fidei vinculo obligati suam utilitatem illius Decretis anteponant. Verum
hoc quo pacto excusari posse, esse homines in Universitate, qui cum iis ad
infringendam Universitatis autoritatem conspirent? Malle se tamen eos
ignorantiæ quàm contumaciæ reos agere. Itaque simul atque ab Academico
Tribunali declaratum fuerit, Collegiorum Pædagogiorum-ve quorumcumque
nomine intelligi omnes omninò Domos Academicas, ubi sub Magistris Aca=

=demicis, sive saecularibus, sive Regularibus alantur et instituantur Scholares, qui Scholas et exercitia cujus vis facultatis frequentent, et ad academicos gradus et titulos aspirent, sperare se eos omnisâ omni tergi=versatione ad obsequium esse redituros. Audito Merit.º Syndico, viso Decr=eto anno 1741 Lato, rogatis dictisque sententiis, Placuit 1.º Decretum ab Academico Tribunali anno 1741 Latum, quantum opus fuerit, renovari. 2.º declarari nomine Collegiorum Paedagogiorumve quorumcumque, in quibus Scholares academici aluntur et instituuntur, intelligi omnes omnino Domos Academicas, sive saeculares, sive Regulares. 3.º Utrumque Decretum quàm primùm offerri per Libellum supplicem supremo Senatui ejus autoritate confirmandum, ac deinde postquàm typis mandatum fuerit, omnibus Magistris, et praesertim Gymnasiarchis, Paedagogis, et omnium Domorum Academicarum Praefectis distribui./.

5.º Quòd dixit amplissimus Rector, sub finem anni praecedentis academici, occisum esse in ipso Collegii montis-acuti Gymnaziarchae Cubiculo Bajulum, qui praed. Gymnaziarchae operam praebebat, in exigendis a pervicace quodam Scholastico Tertiae Classis auditore poenis: in jus ~~vocatum~~ deinde vocatum esse apud Proprætorem rerum Capitalium non Scholarem tantùm qui occiderat, sed etiam Primarium, qui Bajulum accersiri jusserat; ab ejusque viduâ postulatam, ut Magister et discipulus sibi damni facti, ad arbitrium Praetoris aestimandi, satisfacerent; Causam, cum incredibili auditorum frequentiâ, fuisse disceptatam nuperrimè apud Castelletum Parisiense; ita verò judicatam, ut dictae Bajuli occisi viduae mille et sexcentae Libellae adscriberentur, è quibus quadringentae à praefato Primario Numerandae forent; caeterae à Percussore: quo judicio grave daninum tùm Magistrorum autoritati, tùm Disciplinae academicae inferri; eâ de re, ad haec Comitia, requirente ac postulante M. Germain Collegii Montis-aculi Primario, et Gallicanae Nationis Procuratore, vocatos esse Universitatis Consiliarios Forenses; quibus, si ita Tribunali academico visum fuerit, comitem se praestituros est M. Bidault, in Supremo Senatu advocatus, quem praed. M. Germain in hac causâ patronum habuit. Audito Syndico, ingressi sunt: factâque M. Bidault dicendi licentiâ, ipse utriusque partis argumenta pari animi candore et sermonis elegantiâ primùm retulit, deinde ipsam Praetoris sententiam. — Quibus auditis, MM. Germain et Bidault è Comitio excesserunt. Tùm Consiliarii rogati sententiam dicere de illo negotio, singuli de eo disseruerunt fusè ac diserté, in eo porrò consenserunt, ut dicerent 1.º grave ex illâ sententiâ damnum disciplinae academicae inferri. 2.º habitâ tamen personarum et temporum ratione, ab eâ sententiâ non esse provocandum./.

6.º Quod dictum est M. Porlier de Rubelles, nuntium — Juratum Universitatis eâ cecidisse causâ, ad quam Universitas acusserat die 29.ª Aug. 1758 —

nunc vero eundem nuntium postulare, ut novam sibi praebere velit operam Tribunal academicum, praedicti arresti abrogationem ab ipso Rege optimo postulanti: Rogati iterum sententiam dicere Consiliarii forenses, iterum in eo consenserunt, meliorem expectari occasionem Universitatis jura et privilegia defendendi.

7° Quod Integerrimus Quaestor descriptionem accuratam obventionum Censualium, quas ab anno 1725 accepit universitas, Illustrissimo aerarii regii Praefecto offerendam adornavit; Placuit nominari Ornatissimum Normaniae Procuratorem et Scribam, qui dictam declarationem expendant, ac de eâ referant, quâ die habebitur Synodus Academica./.

Et ita super his Septem Capitibus, audito prius super Singulis meritissimo Syndico, conclusit Amplissimus Rector./.

D. Gigot Rector

15. April. Anno dni 1760, die Martis decimâ quinta Aprilis, hora Septimâ Matutinâ, Celebrata fuit in maturinensi Synodus academica./.

Post habitam ab amplissimo Rectore orationem gravitatis et Religionis plenam, omnes qui Beneficia ex Collatione et Nominatione Universitatis possident, hoc ordine appellati sunt.

Pastores Ecclesiarum Parochialium.

M. Claudius Leger, in artibus Magister, Pastor Ecclesiae Parochialis S. andreae ab arcubus./.

M. Joannes-Baptista antonius Cotelle, Licentiatus Theologus, Pastor Ecclesiae Parochialis S. Germani senioris./.

M. Joannes-franciscus de la Roue, Doctor Theologus, Pastor Ecclesiae Parochialis SS. Cosmae et Damiani, ab Universitate inter majores Beneficiatos ultimò nominatus, designante Constantissimâ Germanorum Natione, in eâ verò recurrentibus Tribûs Continentium vicibus./.

Capellani.

M. Carolus Tabourin, in artibus Magister, Capellanus Capellaniae B. Mariae in Ecclesiâ Parochiali S. andreae ab arcubus./.

Capellaniarum Savoësianarum.

M. Petrus Stephanus Gourlin, Baccalaureus Theol.

M. Joannes-Clemens Gervaise, Doctor Theologus, Magnus Regiae Navarrae Magister, et Theologicae facultatis Syndicus.

M. Mathurinus Le Viquet du Fresne, Baccal. in Utroque Jure

M. antonius Le Clerc, Bacc. Theologus.

M. Antonius Vicaire, Academiæ Ex-Rector, et Rethoricæ Professor in Regiâ Navarrâ, ab Universitate ultimò nominatus inter minores Beneficiatos, designante fidelissima picardorum Natione.

de Castelleto.

M. Petrus Meurice, Licentiatus in Utroque Jure.

M. Julianus Chabrun, Bac. Theologus.

M. Alcymus Lottin, in Artibus Magister.

de Thesauro Regio.

M. Franciscus Witasse de Fontaine, Lic. Theol.

Vir Venerabilis Franciscus Mont-chablon, Presbyter Catalaunensis, Pastor in eâdem diœcesi./

Inter eos non comparuerunt excusati MM. Tabourin, Viquet du fresne, Witasse, et Montchablon: Excusatus est à Quæstore generali M. Lottin; abfuere, nullâ absentiæ excusatione datâ, inter Pastores M. Leger et M. Cotelle; inter Capellanos M. Meurice.

Re ad deliberandum propositâ, audito M. Guerin, Syndico; probata maximè est oratio Ampl. Rectoris, ubi laudes M. Bellot, dum viveret, Pastoris SS. Cosmæ et Damiani, ejusque successoris academicè prosecutus est. Laudati sunt qui stitere se præsentes, imprimis novus Pastor; excusati, qui absentiæ causam habuerunt sonticam, mulctati nummo aureo, qui, nullâ excusatione datâ, abfuerunt.

Et ita Conclusit ampl. Rector./ D. Gigot Rector.

Postquam dimissi sunt Beneficiarii, antequam Comitia solverentur, auditi sunt Ornatissimus Normaniæ Procurator, et Scriba, de illâ Censualium obventionum declarationes quam adornavit Quæstor generalis, quam Summus rei ærariæ Præfectus, datâ ad amplissimum Rectorem Epistolâ, sibi quamprimùm offerri postulat. Auditâ relatione, visum est è re academicâ esse 1º ut ne illa declaratio ab anno 1725, quod factum est, sed ab anno 1735, instituatur. 2º emendandos esse aliquos errores, qui in eâ Tabulâ incautè irrepserunt. 3º iis emendatis, Tabulam censualium obventionum, ab anno 1735. inchoatam ad annum 1755, Illustrissimo rei ærariæ Præfecto, generali vicesimorum Tributorum Redemptori, et aliis quorum è re fuerit, nullâ interpositâ morâ, offerri./ Et ita conclusit amplissimus Rector./ D. Gigot Rector.

3. Maii Anno Dni 1760, die tertiâ maii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplis. Rectorem, in Mazarinæo. Quibus in Comitiis primùm adfuit M. Le Bon, Novus Picardiæ Procurator./

1°. Supplicarum pro litteris Nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Petrus Clement, Presbyter Trecensis; Petrus Niel Presbyter Rotho=magensis, Claudius Ludovicus Rousseau, Presbyter Parisinus; Franciscus Petrus Billette, Diaconus Tricassinus; P. Marcus Antonius d'albignac de Montal, Diaconus Ruthenensis; Simon Claudius le Breton, Diaconus Ro=thomagensis; Josephus Besson, Diaconus Rotomagensis; Joannes Josephus de Chaperon, Diaconus Burdigalaeus; Joannes Baptista Elisabeth David, Subdiaconus Aeduensis, et Raymundus Roux, acolythus Massilitanus. De his retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tum eorum litteras Magisterii, tum Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse rite confectum, caeteraque instrum=enta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari; Quo audito, Placuit sua praefatis supplicibus postulata concedi./

2°. Lecta et recognita sunt quae fuerant superioribus in Comitiis acta et Statuta./

3°. Supplicavit M. Claudius Chompré, Tullensis, in artibus Magister, pro licentia aperiendi hac in urbe Paedagogii sub Clientela Universitatis. Nominati sunt Galliae et normaniae Procuratores, qui de supplicis vita, moribus et peritia inquirant./

4°. Lecta est Illustrissimi Comitis de St. florentin, ad amplissimum Rectorem epistola, cujus tenor hic est.

à Versailles le 21. avril 1760.

Le Clergé en general, Monsieur ainsi que tous les Chefs d'ordres, les Chap=itres et les Communautés ayant dans les circonstances présentes donné des marques de leur zele pour le service de Sa Majesté, et pour contribuer aux besoins de l'etat, en faisant porter les argenteries de leurs Eglises aux Monnoyes: Sa Majesté est persuadée que les Eglises et Colleges dependans des Universités, et particulierement de celle de Paris suivront le même exemple; en faisant pareillement porter aux hotels des Monnoyes les parties d'argenterie, qui ne leur seront pas indispensablement necessaires; en en exceptant, les vases sacrés, les croix, les Chasses et les reliquaires, qui doivent être reservés. Je vous prie de vouloir bien me mettre en etat de rendre compte à Sa Majesté, de ce qui aura été porté aux monnoyes. Vous connoissés les sentiments, avec les quels, Je vous suis, Monsieur, plus parfaitement devoué que personne du Monde./

Signé St. florentin.

Erat autem hujus Epistolae inscriptio à M. Gigot, Rector./

Lectâ Epistolâ, audito meritissimo Syndico, re ad deliberandum propositâ, Placuit, Deputati gratissimam habuerunt amplissimi Rectoris diligentiam: censuerunt praed. Epistolam in commentariis esse describendam: eandem cum singulis Gymnasiarchis communicandam; rogarunt que amplissimum Rectorem, ut, assumptis, quos velit, Comitibus, Illustrissimum Comitem de S.to Florentin adeat, gratias ei vivâ voce acturus./.

5.o Admonuit Meritissimus Syndicus è vivis excessisse Virum Celeberrimum M. Petrum-Joannem Simon de Mozar, unum è quatuor, quos Universitas habet in supremo Senatu Patronis; esse profecto in praeclarissimo advocatorum Parisiensium ordine non paucos, ad quos Universitas confugere tutò possit. Verum illius, quem nunc mortuum lugeat, eam fuisse apud omnes famam, ut quodammodo nefas esse videatur ei successorem dare, nisi qui sit inter bonos optimus, inter laudatos laudatissimus. Audito Syndico, Placuit, in locum M. Petri-Joannis Simon de Mozar, Universitatis, dum viveret, Consiliarii forensis, et apud supremum Senatum Patroni, fato functi, eligi M. . . . Gerbier, qui sit Universitatis in supremo Senatu Patronus./.

Et ita super his quinque Capitibus, audito priùs super singulis Syndico conclusit amplis. Rector./. D. Gigot Rector.

Anno dni 1760, die amplissimus Rector, Decani et procuratores singuli cum adjunctis, officiariis majoribus et omnibus apparitoribus se contulerunt octo curribus vecti, et majoribus insulis ornati, ad aedes Serenissimi è Regiâ Stirpe Principis, Comitis Carolesiani; solitis que honoribus excepti, corpus ejus aquâ lustrali asperserunt./.

Fourneau
un. scribe.

7. Junii Anno dni 1760, die septimâ Junii, habita sunt Comitia ordinaria Deputatorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem, in Mazarinaeo./.

1.o Supplicarunt pro litteris nominationis jure magisterii artium et quinquennii MM. Jacobus-Carolus Porte-lance, Presbyter Parisinus; Joannes-Maria Picart, Presbyter Leonensis; Ludovicus-Henricus Pellet de Bonneville, Presbyter Rupellaeus; Arnaldus-Bernardus d'Ycard, Presbyter Arelatensis; De his retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit, se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia; quibus constat de legitimo studii tempore ab iis ritè confecto; caetera que instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Quo audita, Placuit sua praefatis supplicibus postulata concedi./.

2°. Audita relatione ornatissimorum Galliæ et Normaniæ Procuratorum, de vitâ, moribus et peritiâ M. Claudii Chompré; audito M. Le Comte, Pædagogorum academicorum Procuratore seu agente: audito M. Francisco-Nicolao Guerin, Syndico, Placuit fieri potestatem Claudio Chompré Tullensi, aperiendi hoc in urbe Pædagogii sub Clientelâ Universitatis./.

3°. Lecta et recognita sunt quæ fuerant Superioribus in Comitiis acta et statuta./.

4°. Indicta est dies 17ª hujus mensis ad exigendas rationes accepti et expensi à Quæstore generali, per decursum anni 1759./.

5°. ad diem 18am ejusdem mensis indictæ sunt generales Universitatis Supplicationes./.

6°. Auditæ sunt rationes accepti et expensi in solemnem Præmiorum academicorum distributionem, per decursum annorum 1758 et 1759. Quibus auditis ac probatis, compertum est accepta minora esse expensis, scilicet summa 1412tt. 1s. 3d. — —

Et ita super his sex capitibus, audito super singulis Syndico, Concluxit amplissimus Rector./. D. Gigot Rector.

17. Junii. Anno Dni 1760, die decimâ septimâ Junii, habita sunt Comitia Deputatorum et adjunctorum Universitatis, apud amplissimum Rectorem in Mazarineo; ad exigiendas rationes accepti et expensi, ab Universitatis Quæstore, M. Paulo Hamelin, per annum 1759.

1°. Auditis, probatisque rationibus compertum est ex acceptis residuam esse summam ; quam Summam Placuit in manibus quæstoris relinqui./.

2°. Distributum est singulis Deputatis et adjunctis Mandatum Rectoris, quo dies singuli singulis Concertationibus Scholasticorum assignantur./.

3°. Quod dixit amplissimus Rector sibi à Venerabili Maturinensium superiore generali fuisse nuntiatum, aditum ad aulam in quâ fieri solent Scholasticæ Concertationes jam non patere, obstantibus peristilii ruinis; Placuit mm. Messieu et Borne, Picardiæ et Normaniæ adjunctos rogari, ut Sapientissimum f. Prædicatorum Priorem M. Desclapon, Doctorem Theologum Decanum, et amplissimi Rectoris ac Deputatorum nomine ab eo postulent, Athletis academicis aperiri jubeat aulam Doctoris angelici./.

Et ita super his tribus capitibus, audito priùs Syndico, concluxit amplissimus Rector./. D. Gigot Rector.

18. Jun. Anno dni 1760, die decimâ octavâ Junii, habita sunt Comitia Centuriata Universitatis in Maturinensi, ad Sacras Supplicationes.

Primùm in angulo concessum est, ubi supplicarunt pro litteris nominationis jure Magisterii artium et quinquennii MM. Petrus Laurentius de Faget de Cazeaux, Diaconus Aginnensis; et Renatus Mauritius Chesnel, Clericus Parisinus. De his retulit M. Guerin, Syndicus, ac dixit se vidisse tùm eorum litteras Magisterii, tùm Professorum, quos audierunt, testimonia, quibus constat legitimum Studii tempus ab iis fuisse ritè confectum, cæteraque instrumenta ad hanc supplicationem requisita, in quibus nihil desiderari. Quo audito, Placuit, sua præfatis supplicibus postulata concedi./.

Accessit Sapientissimus M. f. Desclapon, Doctor Theologus, Domûs San-Jacobæanæ è f. Prædicatorum Familiâ Priorem, comitante ejusdem domûs Propriore; Postquàm ab officiariis majoribus ad amplissimum Rectorem deductus est, dixit, Congregatam fuisse domum San-Jacobæanam, super propositione factâ ab Ornatissimis Picardiæ et Normaniæ Procuratoribus, Tribunalis academici nomine; eamque ab omnibus et singulis fuisse cum summâ animi propensione acceptam. Auditâ responsione, postquam Venerabilis Prior et Proprior, comitantibus iisdem officiariis majoribus, recesserunt, et rediere officiarii, res in deliberationem missa est. Audito meritissimo Syndico, Placuit, hoc anno fieri Concertationes Scholasticas in aulâ Doctoris Angelici.

Ibidem Sacramentum dixit inter manus amplissimi Rectoris Ludovicus Guillelmus de Lumsy, filius, novus librarius, à M. Moreau, uno ex adjunctis præsentatus./.

Dixit quoque Sacramentum, Nicolaus Messence, Parisinus novus Juridicæ facultatis apparitor./.

Quòd M. Seigneur Collegii Lexovæi Gymnaziarcha ab urbe in patriam recuperandæ valetudinis causâ ante aliquot dies est discessurus, quod que instant Feriæ academicæ, ubi Litteris Testimonialibus quæ à Philosophiæ Professoribus tribuuntur iis qui philosophicum biennium confecere nomen apponere solent Collegiorum Primarii; requirente ac postulante Præfato M. Seigneur Placuit nominari M. Acher, Logicæ hoc anno in dicto Collegio Professorem, qui Pro-primarii vicia gerat./.

Item est deinde in Comitium, ubi postquam peroravit amplissimus Rector, omnes Ordines Academici rata et grata habuerunt, quæ gessit amplissimus Rector in suo Trimestri Magistratu, ipsique litteras —

commendatitias decrevere; amplum insuper præbuerunt Comitatum rité procedenti ad ædem Deo sacram sub invocatione S. Ludovici, in Insulâ.

Pontificem egit M. Aubry, Doctor Theologus, Socius Sorbonicus, novus Ecclesiæ Pastor. Orationem habuit ad populum M. Varré, Doctor itidem Theologus, et Socius Sorbonicus - Eucharisticam ad Pontificem M. Hamel, humanitatis Professor, in Regiâ Navarrâ.

Et ita conclusit amplissimus Rector. / D. Gigot Rector.

23. Jun. Anno Dni 1760, die vigesimâ tertiâ Junii, habita sunt in Mathurinensi Comitia generalia et Rectoria præclaræ artium facultatis.

Post habitam ab amplissimo Rectore Orationem, quâ expositis primùm quæ in suo trimestri Magistratu gesta sunt, dixit è Professoribus Emeritis venisse ad se aliquos, eosque enixè à præclaræ artium facultatis Proceribus enixè rogare, ut aliquid relaxetur de illâ lege, quâ cautum est, ne Professores Emeriti Stipendio academico gaudeant, nisi maneant Parisiis; Factâ Supplicandi Licentiâ, Supplicarunt Franciscus le Bas de la Londe, Presbyter Bajocensis, ut biennium in academiâ Cadomensi rité confectum, sibi pro uno in Parisiensi imputetur: Joannes-Franciscus-Augustinus Le Roy, Presbyter Bajocensis, ut unus annus in eadem universitate rité confectus, pro sex mensibus sibi condonetur: Carolus-Richardus Legge, Clericus Rhedonensis, ut ne sibi noceat ad adipiscendum gradum Magisterii, quòd præ infirmâ valetudine lectiones philosophicas non exceperit, testante M. Tingry, Philosophiæ Professore in Collegio Sorbonæ-Plessæo, in Locum M. de la Sourdiere, Doctoris Medici Parisiensis, fato-functi: Eutropius Alexius de Chardebeuf de Pradel ut ne sibi noceat, tùm quòd omiserit cognomentum de Chardebeuf in priore Logicorum, tùm quòd in ejus locum scripserit in aliis Catalogis le beuf; Simon-Claudius Le Breton, Diaconus Rotomagensis, ut ne sibi noceat quòd scripsit Simeon; Dionysius Meigret-Collet, Clericus genevensis, ut omissum cognomentum Meigret restituatur; Petrus-Josephus Prevost, Clericus Parisinus, ut ne sibi noceat, quòd scripserit se Rotomagensem; Jacobus-Franciscus le Juge Baigneaux, clericus Aurelius, ut cognomentum le Juge omissum restituatur; Christophorus Selame, clericus Bellovacensis, ut cognomentum Jacobus perperàm additum deleatur; Simon-Alphonsus Le Lorgne, Clericus Senonensis, ut ne sibi noceat quod

Le bas de la Londe
Le Roy
Legge
de Chardebeuf de Pradel.
Le Breton.
Meigret-Collet
Prevost
le Juge Baigneaux
Selame
Le Lorgne

Scripserit, Alphonsius-Simo, adeòque ut cognominum ordo restituatur;
de Vissery Joannes-Franciscus-Ludovicus de Vissery, acolythus Audomarœus,
ut deleatur nomen gentilitium d'arlette in omnibus actis academicis; Jacobus-
de Cusacque hyacinthus de Cusacque, Subdiaconus Virdunensis, ut nomina variè scripta
Peligot reformentur; ambrosius Peligot, Clericus Catalaunus, quòd in uno logicorum
scribatur Catalaunensis; Joannes-Edmundus Bechet d'arzilly
Bechet darzilly quòd omissâ litterâ t, scribatur Beché; Philibertus Fougere, Presbyter
Nivernus, ut, cum scribatur Fougerre, ex duabus litteris r. una deleatur./.

Auditus est de supplicibus primùm M. Franciscus Nicolaus Guerin, Syndicus; deinde de illâ Emeritorum lege abrogandâ, Parisiis Maneant; pro suo munere Syndici petiit 1º ut nihil decerneretur in re gravissimi momenti, nisi postquam à singulis nationibus nominati fuerint deputati, qui rem maturè expendant, et ad eos quorum è re fuerit referant. 2º cùm finis anni academici proximè immineat, actus Philosophiæ Publicos, concertationes in solemnem præmiorum academicorum distributionem Collegiis omnibus Communes, privatas que in distributionem singulis peculiarem, Examina Candidatorum in Artibus ita singulos facultatis artium Professores occupatos detinere, ut ne Deputatorum Electio fiat præsentibus in Comitiis, vel saltem Deputatorum, si qui nominantur, congressus ad proxima Remigialia remittantur.

Quo audito, Amplissimus Rector Nationes dimisit ad deliberandum de supplicibus, de quatuor-viris matutinis horis electis, de rati-habitione eorum quæ gessit in suo trimestri Magistratu, de propositione factâ super abrogatione prædictæ Emeritorum Legis./.

Nationes pro vetere instituto digressæ sunt, exceptâ honorandâ Gallorum natione; cui cum liberum non esset, obstantibus Peristilii Maturinensium ruinis, sua in loco solito Comitia habere, petiit ab amplissimo Rectore, ut in angulo è regione januæ posito consederet.

Regressæ Nationes per singulos Procuratores retulerunt 1º se rata et grata habere quæ gessit amplissimus Rector in suo trimestri Magistratu, ei que litteras commendatitias decernere. 2º Supplicibus indulgere. 3º Confirmatos à se Quatuor-Viros manè electos, scilicet, in honorandâ natione, Mgrum Seguy, Philosophiæ Professorem in Marchiano; in fidelissimâ, Mgrum Vallé, Philosophiæ Professorem in Cardinalitio; in Venerandâ Mgrum Asselin de Veaulegeard, Philosophiæ Professorem, in harcurio; in Constantissimâ Mgrum St. Joirre, Exprocuratorem. 4º Super propositione ab amplissimo Rectore facta de

Emeritis, rem ad Comitia mensis octobris esse remittendam. Nihilominus praesentibus in Comitiis Picardica, Normanica, et Germanicae nationes suos deputatos nominaverunt; fidelissima MM. Le Bel et Vicaire, Viros Rectorios; Veneranda, pro ordine Professorum MM. Dagoumer, et Veaulegeard; pro ordine Baccalaureorum MM. de la Rue et Dorne; Constantissima, pro Tribu Continentium, MM. Nagot, et Genêt: pro Insularium Tribu, MM. Macdonock et Kinck.

Quatuor Viri, praestito Sacramento, conclave subierunt; unde digressi per Mgrum Asselin de Veaulegeard retulerunt se fasces Rectorios prorogavisse Viro Ampl.o D. Danieli Gigot, Rectori./.

Quae prorogatio statim probata est et confirmata ab omnibus Nationibus./.

Et ita Conclusit amplissimus Rector./. D. Gigot Rector

MINISTÈRE DE L'INSTRUCTION PUBLIQUE BUREAU DES ARCHIVES

BIBLIOTHÈQUE DE L'UNIVERSITÉ DE FRANCE

Finis

Hujusce Regesti./.

Fourneau

Univ. Scriba/

2. SOLS. P.P.EX. G.D.PARIS